ARCHIVES DE LA GRANDE CHARTREUSE

A-v
188 d

A-5
188 2

CHARTREUSE de **PISE**

Val de Grâce

(PROVINCE DE TOSCANE)

DOCUMENTS

Manuscrits du Ven. Père Dom Palémon **BASTIN**

1366, 16 Martii. — Testamentum Petri Virginis fundatoris Cartusiae Vallis gratiosae de Cal[i] prope Pisas.

In Eterni Dei nomine, Amen. Quoniam testamentaria est testatio mentis de eo quod quis de rebus et bonis suis post mortem suam fieri velit: Ideo Ego Pierus quondam Mirantis Virginis, de capella Ste Pauli ad ortum, Pisane civitatis, infirmus corpore, mente vero et intellectu sanus existens, timens humane fragilitatis statum et volens mihi meeque anime salubriter providere, si Deus me ex hac infirmitate vel alia quacumque ad necem judicare voluerit, sine alia dispositione; Cassando et irritando cetera mea testamenta et codicillos et quoslibet alias meas ultimas voluntates, a me usque ad presentem diem condita, condictos et conditas et per quoscumque notarios scripta, scriptos et scriptas et rogata, rogatos et rogatas sub quibuscumque temporibus et datalibus, etiam si in eis vel aliquo eorum contineantur vel continerentur aliqua verba derogatoria, per que presenti mee ultime voluntati derogaretur in aliquo. Nam quorumcumque derogatoriorum verborum, cujuscumque alterius mee ultime voluntatis me omnino penitet et asero me penitere specialiter et expresse.

Et presens meum, nuncupativum testamentum, in omnibus et per omnia confirmando et approbando, res meas et bona mea et de rebus et bonis meis sic dispono, tessor et ordino, et meam condo ultimam voluntatem: In primis quidem judico corpus meum sepeliendum, apud cimiterium, et in cimiterio ecclesie Ste Francisci de Pisis, indutum, habitum ordinis Fratrum Minorum Ste Francisci predicti, et ibi meam eligo sepulturam. In diebus vero mei obitus, ~~septime~~ septima ou septieme (septre) et trigesimi, judico et relinquo de bonis meis tantum quantum videbitur meis fidei commissariis infrascriptis. Et dico et volo quod infrascripti

-cripti mei fideicommissarii possint, teneantur et debeant in muro claustri ecclesie Ste Francisci predicti, videlicet in illa parte ipsius muri ante seu juxta quam corpus meum sepelietur, facere pingi imagines beate Marie semper virginis cum filio in collo, beati Francisci et beati Nicolay, pulcras et idoneas et eo modo et sicut dictis meis fideicommissariis infrascriptis videbitur; Et in pictura et pro pictura predicta expendere de bonis meis illam quantitatem pecunie de qua eis videbitur et placuerit.

1. Item judico et relinquo Guiduccie, filie quondam Lippi Caulaccii de capella Ste Cecilie, in subsidium sue dotis, quando maritabitur, libras centum denariorum pisanorum, dandas sibi de pecunia quam Antonius, germanus ipsius Guiduccie et filius quondam dicti Lippi de supradicta (Ste) capella mihi dare tenetur

2. quacumque ex causa: Item judico et relinquo Jacobe, filie quondam Nerii Gaddi del Parruccio de Cisanello, in subsidium sue dotis, libras quindecim denar. pis. pro anima mea, dandas sibi quando maritabitur: — Item judico et relinquo Jacobe,

3. filie Bacciamei della Nave de capella Ste Lucie de Ricucchio, in subsidium sue dotis, libras quindecim denarior. Pisan. pro

4. anima mea, dandas sibi quando maritabitur: — Item judico et relinquo domine Nerie, uxori Francisci Lanarii de capella Ste Lucie supradicte et germane olim Bartali tabernarii de supradicta capella, libras decem denarior. Pisan. pro anima mea

5. Item judico et relinquo Monecte, filie Ferani (Fany) Franci Drec de Ste Blasio de Cisanello, in subsidium sue dotis, libras decem denar. Pisan. pro anima mea, dandas sibi quando maritabitur:

6. Item judico et relinquo Johanne vocate Fancelle, filie Bacciamei Coli de capella trium capellarum de Cisanello, in subsidium sue dotis, dandas sibi quando nubet, libras decem

7. denarior. pisanor. pro anima mea; — Item judico et relin-

-quo

-quo Cole, filie Marchuccii Perucci de supradicta capella, in sub-
-sidium sue dotis, libras octo denarior. Pisan., dandas sibi quando
8. maritabitur; Item, judico et relinquo Johanne, filie Baldini
Birri de supradicta capella, in subsidium, sue dotis, libras decem
denarior. Pisanor. pro anima mea, dandas sibi quando maritabitur:
9. Item judico et relinquo duabus filiabus Nocchini Matthei de supra-
10. -dicta capella, in subsidium earum dotium, libras decem denarior.
pisan. pro qualibet earum, dandas sibi pro anima, videlicet cui-
11. libet earum quando maritabitur:- Item judico et relinquo Johan-
-ni de Tranalda quondam Cerchi de capella Ste Matthei, libras
quinquaginta denarior. Pisan.:- Item judico et relinquo Fran-
12. -ceschine, filie Andree quondam Cole Leoneri, de capella Ste
Paulli ad ortum, in subsidium sue dotis, libras quinquaginta
denarior. Pisan. pro anima mea, dandas sibi quando marita-
13.14. -bitur:- Item judico et relinquo Gadduccie, relicte Andree de
Tuderto, et domine Leccie, ejus filie et quondam dicti Andree
et uxori, de Navacchio de capella Ste Paulli ad ortum, libras
quinquaginta denarior. Pisan. inter ambas pro anima mea;
15. Item judico et relinquo Jacobo quondam Ser Bacciamei (Sparg)
Sparagii de capella Ste Cecilie, libras viginti quinque denarior.
Pisan., dandas sibi de denariis quos mihi tenetur dare qua-
-cumque de causa, et que sibi dari debeant quando infrascripti
mei fideicommissarii seu infrascripto meo heredi ipse
Jacobus restituet ipsam pecuniam, que mihi dare tenetur:
16. Item judico et relinquo domine Nerie, uxori Gaddi Bicchiera-
-rii et filie quondam Ser Chiari de capella Ste Lucie de Riucco
libras decem denarior. Pisan. pro anima mea: Item judico et-
17. relinquo domine Tanuccie, uxori Bacciamei della Nave, de su-
-pradicta capella Ste Lucie, libras decem denarior. Pisan. pro
18. anima mea: Item judico et relinquo Francisco vocato Linto
quondam

quondam Nerii del Porriccio de Cisanello, libras quinque denar.
c.19. Pisan. pro anima mea. Item judico et relinquo conventui Fratrum
Minorum Ste Francisci de Pisis libras quindecim denarior. Pisan.
c.20. pro missis et orationibus dicendis pro anima mea. — Item judico
et relinquo fratri Sigerio Conecti, ordinis dictorum Fratrum Mi-
-norum, libras decem denarior. Pisan. pro missis et orationibus
c.21. dicendis pro anima mea. — Item judico et relinquo conventui
fratrum Ste Caterine de Pisis libras decem denarior. Pisanor..
c.22. dicta occasione, pro anima mea. — Item judico et relinquo con-
-ventui fratrum Herimitarum Ste Nicolè de Pisis libras decem
c.23. denarior. Pisan. dicta occasione, pro anima mea. — Item judico
et relinquo conventui fratrum Ste Marie de Carmello de Pisis,
libras decem denarior. Pisan. suprascripta occasione pro anima
c.24. mea. — Item judico et relinquo conventui fratrum Herminorum Ste
Basilii seu Ste Antonii de Pisis libras decem denarior. Pisan. dicta
c.25. occasione pro anima mea. Et dico, volo et mando quod infrascripti
mei fideicommissarii possint, teneantur et debeant in ecclesia
Ste Justi de Cisanello facere fieri corum sufficientem et idoneum
cum panchalibus duo cancellis et aliis offertumis de quibus et prout
eis videbitur et placebit, et in constructione et laborerio predictorum
expendere de bonis meis libras quinquaginta denarior. Pisan. et
c.26. plures et paliores, ut eis videbitur. — Item judico et relinquo dom-
-ine Lense, neptè mee uxori Massei Ciomei de Cisanello, toto
tempore vite sue naturalis, usumfructum unius petii terre
ortalis cum domo posite in capella Ste Blasii de Cisanello,
(ten) tenet (tenentis!) unum caput in strada publica, aliud caput
in aggere, latus unum in terra Francisci Sciorete, aliud
latus in terra domine Johanne uxoris ser Johannis notarii
de Vignale, vel si qui alii seu aliter sunt ejus confines et quan-
-tumcumque est per mensuram, post mortem vero naturalem su-
-prascripte domine Lense dictum petium terre cum domo judico
et relin-

et relinquo Piero, nepoti meo filio quondam Francisci de cap-
-ella Ste Pauli ad ortum, cum hac condictione quod in casu
quo dictus Pierus decederet non relictis post se liberis ex se
legiptime descendentibus, dictum petium terre cum domo judi-
-co et relinquo pauperibus Christi pro anima mea. Item
27. judico et relinquo dicto Piero nepoti meo libras quinquagin-
-ta denarior. Pisan. – Item judico et relinquo domine Nensi,
relicte Succepti de Capella sanctorum Cosme et Dagmiani,
et domine Ledische, ejus filie et quondam dicti Succepti de
supra scripta capella et cuique earum, toto tempore earum
et cujus~~que~~ earum vite naturalis, usum fructum unius
petii terre campie positi in guardia Ste Cataldi in capella
Ste Michaelis discalceatorum, (ten) tenet (tenentis?) unum caput
in terra domine Caterine uxoris Johannis Herrici Buc.i, aliud
caput in terra monasterii Ste Michaelis discalceatorum cum
uno latere, aliud latus in terra mei Pieri Mirantis supra scripti
quod est per mensuram staiorum quinque, vel si qui alii seu
aliter sunt ejus confines, et aut si plus vel minus est per men-
-suram, et quod petium terre conducit a me Tinzus de capol-
-la Ste Jacobi de orticaria; et quod una ipsarum dominarum
Nensis et Ledische decedente, altera superstes sibi in dicto
usufructu succedat et succedere possit et debeat; Post mortem
vero naturalem supra scriptarum dominarum Nensis et Led-
-che dictum petium terre judico et relinquo pauperibus Christi
28. pro anima mea. – Item judico et relinquo Matteo quondam
Ciomei de Ste Blasio de Cisanello petium unum terre, super
quo petio terre est una lensa vineata (vin.), positum in confinibus
dicte capelle, videlicet in platea, (ten). tenens (tenet?) unum caput
in flumine Arni, aliud caput in via sive aggere publico, latus
unum in terra mei Pieri Mirantis supra scripti, aliud latus in

terra

terra ecclesie Ste Georgii porte maris (maris), vel si qui alii seu aliter sunt ejus confines et quantumcumque est per mensuram.

29. Item judico et relinquo monasterio fratrum seu monacorum Ste Geronimi de Agnano pisane diocesis, ordinis de Monte Oliveto, et conventui fratrum monasterii Ste Michaelis Archangeli de Agnano predicto patrum unum terre campie positum in confinibus capelle trium capellarum de Cisanello in loco dicto a via di Padule, tenet (tenens?) unum caput in terra monasterii Ste Massei, aliud caput in via publica dicta via Ste Cataldi, latus unum in dicta via di Padule, aliud latus in terra heredis Celli Rossi, quod est per mensuram staiorum duodecim, vel si qui alii seu aliter sunt ejus confines, quod patrum terre conducit a me Cecchus Gardonis Caldi de Cisanello.-

30. Item judico et relinquo domine Bacciamee, uxori mee et filie quondam ser Puccii de Balneo, alimenta prout et una famula condecenter et bene secundum meas facultates, toto tempore vite mee naturalis, donec inupta steterit. Item dico, volo et mando quod eidem domine Bacciamee, uxori mee, de bonis meis integra satisfiat de ejus dote antefacta (anfi) et aliis omnibus et singulis suis juribus de plano et sine aliquo litigio. Cui domine Bacciamee, uxori mee, etiam judico et relinquo libras quindecim denarior. pisan. - Et dico, volo et mando debere dari et adhyberi plenam fidem libris mearum rationum, in quibus continentur data et accepta per me et addita et debita, videlicet scripturis que usque ad tempus mee mortis continerentur in ipsis libris factis et scriptis per me; et cuicumque debenti recipere a me seu in meis bonis ~~de cuius~~ quacumque de causa, per formam ipsarum librorum per dictas scripturas, satisfiat et satisfieri possit et debeat de bonis meis, de omni et toto eo quod sibi a me vel in meis bonis debeatur

per formam

per formam ipsarum scripturarum; Et quod a nemine petatur seu exigatur plus seu ultra id quam seu quod apparebit ab eo dari infrascripto meo heredi per formam ipsarum scripturarum. Volo tamen quod nulli qui negaret data sibi contenta in ipsis libris et scripturis prosit hec dispositio facta de fide danda dictis libris. — In omnibus autem aliis meis bonis, rebus et juribus presbiterum Ninum, quondam Puccetti de capella SS. Cosme et Damiani, mihi heredem universalem instituo, quem presbiterum Ninum contemplatione sue persone et quia eum valde diligo et dilexi, quemadmodum ipse me diligit et multum dilexit, in heredem universalem, ut supra dicitur, instituo. — Predictorum, meorum judiciorum et legatorum et totius hujus mei testamenti fideicommissarios, datores, distributores et erogatores ralinquo et esse volo Dominam Bacciamcam, uxorem meam infrascriptam, dominum Lapum quondam Contis, legum doctorem, de capella Ste Cecilie, et presbiterum Ninum infrascriptum; quorum fidei et legalitati omnia predicta committo. Quibus fideicommissariis et etiam duobus ex eis, quorum duorum semper sit unus infrascripta domina Bacciamea, ita quod sine ea dictum officium fideicommissarie fieri non possit, do, cedo, concedo et mando plenam, baliam et liberam potestatem et plenum, liberum et generale mandatum de quibuscumque bonis meis, ubicumque positis et existentibus, vendendi, alienandi et in solutum dandi, capiendi et exigendi pro infrascriptis meis judiciis et legatis integre satisfaciendis, dandis et erogandis et toto hoc meo testamento et comprehensis in eo executioni mandandis; Et pro predictis et predictorum causa, cartam et cartas cassandi et parabolam cassandi, dandi, solventibus ei vel duobus ex eis, ut dictum est, jura, actiones et nomina dandi, cedendi et concedendi arbitrio dictorum fideicommissariorum

et etiam

et etiam duorum ex eis, ut dictum est, et alia omnia et singula in predictis et circa predicta faciendi que et sicut facere possunt fideicommissarii generales. Et hoc est meum ultimum testamentum et ultima mea voluntas, quod et quam valere volo et jubeo jure testamenti et ultime voluntatis. Et si jure testamenti non valeret, saltem valeat et obtineat vi codicillorum et constituti Pisani et omni alio jure, via et modo quibus melius valere potest, quia sic mihi placet et hanc meam asserо esse voluntatem.

Actum Pisis in camera domus habitationis suprascripti ser Pieri testatoris, posite in capella Ste Pauli ad ortum, presentibus Donno Johanne priore monasterii Ste Spiritus de Luca, ordinis Cartusiensis, fratre Jacobo Corsini de Pistorio, monaco suprascripti monasterii Ste Spiritus, ordinis predicte: fratre Ligerio Concete, ordinis minorum, Ste Francisci; fratre Taddeo Benaccia ordinis Ste Francisci predicti: Francisco quondam Lapi de capella Sctorum Cosme et Damiani: Andrea Ildebrandi de capella Ste Cecilie, et Michaele Paccini de capella trium capellarum de Cisanello, testibus ad hoc rogatis, Dominica Incarnationis Anno millesimo trecentesimo sexagesimo sexto (1366, certe sine dubio), Indictione quarta, septimo decimo Kalendas Aprilis. —

(Viennent ensuite deux renvois que j'ai mis à leur place) — Ego Johannes filius quondam Guillelmi notarii de Ripuli, Pisanus civis, imperiali auctoritate notarius atque judex ordinarius, predictis omnibus interfui et ea rogatus scribere hic scripsi et publicavi et in hanc publicam formam redegi. —

(Testament original, sans sceau. — 15 ans plus tard le notaire soussigné a ajouté à la suite ce qui suit, l'écriture est toute différente).

Patet per cartam rogatam a me Nocchio notario, quondam ser Bonaccontis notarii de Lavaiano, di Anno M°CCCLXXXj. (1381) indictione quarta (9ta) pridie idus Januarii, qualiter presbiter

presbiter Nonus, heres suprascriptus donavit et obtulit pro anima suprascripti Petri monasterio Ste Marie et Ste Johannis Evangeliste de Valle gratiosa de Calci, ordinis Cartusiensis, totam hereditatem suprascriptam, et omnia bona dicte hereditatis et quidquid fuerunt suprascripti Petri Mirantis, et ipsum monasterium, priorem et monacos dicti monasterii tanquam in rem suam procuratores fecit etc.

Ego Nocchus notarius suprascriptus predicta rogavi et hic breviter scripsi. ——

(Arch. de la ch^le de Pise, parchemin original de 0,810 millim. sur 0,230, au bas ne termine pas en ligne droite, mais de cette façon ⌒, dans le cartier n° 2615, des armoires et n° 1725 du gros livre d'inventaire. —)

Nota. — Dans les archives priorales on trouve deux pages intitulées « Verità non contrastabile circa il testamento di Pietro di Mirante della Vergine ». L'auteur, D. Hugues Catani, prieur de la maison au 18e siècle, fait d'abord remarquer, avec raison, qu'on ne doit pas dire Pierre Mirante, mais Pierre de Mirante, parceque dans le testament il y a « Petrus quondam Mirantis » ce qui veut dire que Pierre était fils de feu Mirante. C'est donc son père et non lui qui s'appelait Mirante. Il le prouve par un document des archives de la maison du 17 oct. 1320, dit-il, c'est-à-dire 16 oct. 1320 car il y a « septimo decimo Kal. nov. 1320 ». Ce document est l'élection faite d'un curateur par les juges des pupilles. On y lit: « In Dei nomine Amen. Clarus Notariis, filius quondam Andree de Cappella Ste Barnabe a dominis Anse de Vico et Achillo Rufi Achilli, publicis judicibus curie nove pupillorum pisane civitatis, datus est curator pupillis Pierruccio et Becto adultis germanis filiis quondam Mirantis Virginis de Cappella Ste Viviane, presentibus, petentibus et volentibus, ad adeund-

adeundum hereditatem et bona hereditatis dicti quondam eorum patris cum beneficio et confectione inventarii una cum dictis adultis etc... Actum Pisis in curia nova pupillorum pisane civitatis que est in claustro sex curiarum pis. civitatis, presentibus etc... Die mercurii Ao 1320, indictione tercia, septimo decimo Kalendas Novembris. ✠ Parchemin original. — Il est clair que Miranda Virginis venait de mourir et laissait deux fils, Pierruccio (ou Piero ou Pietro) et Becto. — Ensuite D Catani ajoute qu'il permet à qui voudra de croire que Pierre de la Vierge est le fondateur de la chartreuse, mais que pour lui il n'y croit pas et cherche à prouver son sentiment. — Je lui accorde sans peine que le testament tout seul ne prouve absolument rien puisqu'il n'y est pas question de fondation de chartreuse. — Ce qui a été ajouté au bas du testament en 1381 prouve seulement que les biens de Pierre de la Vierge, hérités par le prêtre Ninus, ont été donnés à la chartreuse. Mais si l'auteur avait lu attentivement la supplique du Prêtre Ninus au Rd Père, du 10 avril 1366, et l'approbation de la fondation faite par l'archevêque de Pise le 30 Mai suivant, il aurait pensé tout autrement. Ces deux documents, on les verra ci-après, sont la réfutation péremptoire de la thèse. — D. Antonio Lasi, 1er prieur après la restauration en 1814, a écrit sur la 4e page de ces deux feuilles ce qui suit: « L'infrascritto è d'opinione, che la rivelazione della controversia sopraindicata emilitè interamente a favore dell'esposto dal qui entro nominato P. D. Ugo Catani, il quale era uomo conoscitore, e da dar giudizio in questa materia. Certamente, che le ragioni, che egli adduce per comprovare il suo assunto, che a Pietro di Miranda la Vergine non possa competere il titolo onorifico di Fondatore di nostra casa, sono tali, da non potersi convellere così facilmente. Basti il dire che sono tutte

appoggia

appogiate a documenti autentici e irrefragabili. D. Antonius Lessi Prior etc. - Ce qui prouve qu'il n'a pas lu autre chose. - Il ne suffit pas de prendre quelques documents qui vont à une manière de voir, il faut les voir tous et juger d'après l'ensemble. - Il est déjà passablement curieux que ces deux premiers témoins de ce testament soient deux chartreux, le prieur de Lucques et un de ses religieux. Et il conforme à notre règle que nos Pères aillent ainsi bénévolement servir de témoins au testament de n'importe qui, et cela à une certaine distance; car de la chartreuse de Lucques à Pise, il y a un petit bout de chemin. -

---

2. 1366, 10 Avril. - Supplique du prêtre Ninus au Rd Père Général pour demander la permission de fonder une chartreuse près de Pise entre Calci et Montemagno. -

Pax tibi in Christo Jesu. - Reverendissime Pater,

Omnipotenti placuit Deo, Revme Pater, clapso mense, de hac valle miseriarum educere et ad superna celorum regna perducere, ut pie credendum est, magnificum, pium ac devotum virum mihique carissimum Dominum Petrum, quondam Mirantis de familia Virginis, civem Pisanum, de cappella sancti Pauli ad hortum, in dicta Pisarum civitate, qui adhuc vivens pluries mihi secreta cordis sui aperiens, semper inalterabile residerium cum suis facultatibus fundandi Cartusiam, eo quod esset absque liberis, in Pisana diocesi mihi manifestavit. Antequam vero morti tributum solveret anno 1365 (cest 1366) preterito, die 16a martii, per extremam suis voluntatis testamentum me et omnibus bonis, rebus et juribus, quibuscumque exceptis, heredem universalem instituit.

institut. Nunc tamen testatoris mentem fideliter cupiens implere Paternitatem vestram Rev^mam supplicater oro, ut mihi facultatem construendi cartusiam vestre solitudini competentem in quadam valle obscura, valgè buia, muncupata, in Pisano circuitu, a civitate ad sex milliaria distante, atque a conversationa secularium competentem disposita, ad radices montis Muffele in confinibus villarum Calcis et Montis magni; presupposito tamen ac concurente consensu Ill^mi Domini Archiepiscopi Pisani, qui non solum votis annuet, sed etiam manus adjutrices adjunctorum offero. Ut ergo bonam et piam defuncti voluntatem, qui maximam erga ordinem benevolentiam, amorem et reverentiam gerebat, executioni mandare queam, dignetur charitas vestra supplicationi mee benigne rescribere, quia et ego, in auxilium operis, omne patrimonium meum libentissime impendam, ad laudem et gloriam Domini nostri Jesu Christi, quem semper esse in medio cordis vestri cupio, et sapientes et cum timore Domini quos ordinis vestri sunt, sub vestre prudentie regimine, dirigantur.

Paternitatis vestre Reverendissime, humiles servos ac sacerdos indignus Jesu Christi. Nimus Puccii Pisanus.

Pise die 10 Aprilis anno 1366. (N[ou]v[eau] aut 1367, car Nimus Puccii dit dans sa supplique « mense elapso, anno preterito » ce qui prouve que l'année a changé depuis le 16 mars dernier. Et en effet à Pise l'année commençait au 25 Mars et était en avance d'un an sur l'année ordinaire, de sorte que 10 avril selon le style Pisan, correspond à 1366, 16 Avril du style courant et ordinaire. Mais le copiste sachant que le chapitre général de 1366 avait autorisé la fondation, s'est dit probablement que la supplique de Nimes devait être de 1366 - et c'est pour cela qu'il aura mis 1365 comme date du testament de l'icone de la Vierge. Or ce testament, on l'a vu plus haut, est bien du 16 mars 1366, qui, au style pisan, correspond au 16 mars 1366 du style ordin.

Rescriptum est in charta Capituli generalis.

In capitulo generali predicti anni (1366) pridie idus maii (14 mai), presentibus R^do Patre Generali Elisario et diffinitoribus, totum negotium commissum fuit Patribus D. Francisco Vannucci, patritio Pisano, priori domus Maggiani et D. Nicolao Guidini, priori domus Florentie, cum plena auctoritate exequendi pium mentum supplicantis, examinato prius testamento Petri quondam Mirantis Virginis, ac obtento beneplacito Rev^mi Archiepiscopi Pisani servatis que servandis. Ita est frater Alphonsus vicarius cartusie Pisane. — (Copie de la fin du 17^e siècle ou commencement du 18^e mise dans le livre « Supplicationes conventuales cartusiæ Pisanæ » fol. 2. commencé par D. Alphonse Marie Guiliezzoni vic. — Evidemment nous n'avons pas ici un original, qui a du rester à la grande chartreuse; mais enfin il est à croire que D. Alphonse ne l'a pas inventée. — Quant aux noms des prieurs qui furent chargés d'examiner l'affaire, ils sont exacts pour le nom de religion; mais pour le nom de famille, l'auteur aurait pu nous dire où il l'a trouvé. Malheureusement cette commission du chapitre général donnée aux Prieurs de Maggiano et de Florence n'existe plus. Il en est seulement fait mention dans un document du 27 mars 1368, que je donnerai plus loin, en ces termes: « Quum per R^dum in X^to Patrem D. Helisarium, olim priorem Cartusie, et per diffinitores capituli generalis facta fuerit commissio Domno Francisco tunc priori domus B^te Marie de Maggiano, nostri ordinis, prope Senas, et mihi fratri Nicolao predicto (prioi Florentie) super facto receptionis nove fabrice nostri ordinis recipiendo prope Pisas .... Ita tamen quod si per unum ex dictis prioribus dictum negotium expediri non posset, alter cum socio, quem elegerit, posset dictum negotium executioni debite demandare; sicut plenius patet in litteris publicis et in membrana descriptis et consuetis

et consueto sigillo domus Cartusie sigillatis. Datum in domo Cartusie A° Dni 1366, pridie idus Maii» (14 Mai 1366). – Toutefois il y a une difficulté. En 1366, Pâques tombait le 5 Avril et le chapitre général durait, selon l'usage, du lundi 4 mai inclusivement jusqu'au jeudi 7 mai inclusivement. – Il paraît étonnant que le document soit daté du 14 mai, juste sept jours après le chapitre. Les deux prieurs qui ont écrit le passage cité plus haut ont-ils lu pridie idus au lieu de pridie nonas, qui serait le 6 mai, précédant le chapitre? C'est possible, mais n'ayant plus le document, il est impossible de contrôler.

---

3. – (1366 st. ord.) 1367, 30 Mai. – Permission donnée par l'archevêque de Pise de fonder la chartreuse. –

Franciscus miseratione divina sancte Pisane Ecclesie Archiepiscopus, Sardinee Primas et Apostolice Sedis in ea legatus, Venerabilibus et religiosis viris Domnis Francischo, priori domus Ste Marie de Maggiano prope Senas, et Johanni priori domus Sancti Spiritus prope Lucam, ordinis cartusiensis, salutem in Domino sempiternam. Quoniam, secundum sanctorum Patrum instituta, bone rei prestare auxilium et consensum et presentis habetur vite subsidium et eterne remunerationis expectare decenter premium: Cum igitur pro parte vestra nobis fuerit devote et humiliter supplicatum, quatinus cum olim Ser Picarus Mirantis, olim civis Pisanus in ultimis vite sue testamentum de bonis suis fecerit et heredem sibi instituerit presbiterum Ninum Puccii de Spassavento, pro quodam monasterio vestri ordinis de novo fundando in Pisana diocesi: Cumque ipse presbiter Ninus, heres jam dictus, vobis, pro vestro ordine recipientibus et acceptantibus, donationem de dicta hereditate, pro dicto monasterio construendo in dicta diocesi ac ejus dote, jam fecerit; de quibus

testamento

testamento et donatione fuit et est nobis facta plenaria fides.
Et in capitulo generali vestri ordinis, celebrato in loco majori
Ordinis Cartusiensis in comitatu Sabaudie, ordinatum fuerit
ac etiam stabilitum, quod si noster assensus accederet, per
vos dicti refuncti necnon et presbiteri Nini prefati desideria
implerentur; Vobis, ad omnipotentis Dei laudem, sub voca-
bulo Beate Marie semper Virginis et beati Johannis Evangeliste
de bonis predictis fundandi et edificandi ecclesiam et mon-
asterium, que et quod regatur et gubernetur et officietur,
secundum mores et instituta cartusiensis ordinis, per priorem
et fratres in monasterio ipso ponendos et deputandos pro
tempore per Majorem ordinis prelibati, vel per eos ad quos
per ipsius ordinis statuta spectaret, impartiri licentiam
dignaremur. Nos, visis litteris dicti vestri generalis capituli,
per quas vobis dicta licentia concedebatur, consideratis
testamento et donatione antedictis ac etiam promissionibus
a quam pluribus civibus, et asseritis, vobis factis, necnon affec-
tionibus Pisanorum civium, affectantium plurimum in nostra
Pisana diocesi fore unum monasterium vestri ordinis, per quod
sperari verisimiliter potest elemosinas plurimas ad construc-
tum ipsum monasterium proventuras: Vestris supplicationi-
bus inclinati, sperantes ex hoc vite presentis subsidium et
eterne premium promereri ac exemplo sancte vite fratrum
vestri ordinis populum, vobis (sic, il semble qu'il faudrait nobis)
commissum, a vitiis retrahi ac virtutibus conformari, Aucto-
ritate nostra ordinaria, vobis et vestro ordini fundandi et
edificandi in nostra Pisana diocesi, in valle de Calci in loco
dicto olim Valle bona, nunc vero Vallis gratiosa, in et super
possessionibus emptis seu emendis vel forte ab aliquibus
vobis dandis, ecclesiam et monasterium sub prefato vocabulo

ad laudem

ad laudem omnipotentis Dei et beate Marie Virginis, matris ejus, ac beatorum martirum patronorum nostre Pisane Ecclesie, Efysi et Potiti, que et quod regatur et gubernetur et officietur secundum vestri ordinis instituta, concedimus facultatem; Jure tamen nostro, nostrique archiepiscopatus vestrique exemptionis, ac etiam alieno in omnibus semper salvo.

In cujus rei testimonium, presentes litteras sive publicum instrumentum per notarium nostrum infrascriptum, in actis nostre curie fecimus registrari et nostri pontificalis sigilli appensione muniri. Datum et actum Pisis in nostro Pisano archiepiscopali palatio, presentibus venerabili viro domino Rainerio de Ripafracta, priore Ste Sixti; domino Piero domini Albisi de vico, legum doctore; et ser Piero Johannis, notario de Luciana, Pisanis civibus testibus ad hoc vocatis et rogatis, Dominice Incarnationis Anno millesimo trecentesimo sexagesimo septimo, die trigesima maij, quarte indict.

Ego Johannes quondam Martini notarii de Covinaria, Pisanus civis, imperiali auctoritate notarius et judex ordinarius et archiepiscopalis Pisane curie scriba publicus, predictis omnibus, et supra dictum, per reverendum patrem dominum Pisanum Archiepiscopum supradictum, una cum prenominatis testibus, dum agerentur, interfui et ea omnia, de mandato ipsius Domini Archiepiscopi, scripsi et publicavi, meis signo et nomine appositis consuetis in testimonium premissorum.

(Arch. Cart. Pis. Original, parchemin de 0,490 millim. sur 0,395. En bas le parchemin se termine un peu arrondi ⟶, ce document est daté selon le style pisan et donne en realité 1366, 30 Mai. - Car il y a à la fin, indictione quarta qui est l'indiction de l'année ordinaire 1366 - et dans le testament ou fondation, qui est du 16 mars 1366, il y a aussi indictione quarta, ce qui prouve que les deux documents

-ments sont de la même année. Enfin, autre preuve, Le premier des prieurs auxquels s'adresse l'archevêque, est D. François, prieur de Maggiano, l'un des deux désignés par le chapitre de 1366 pour s'occuper de cette fondation et demander l'autorisation du Prelat. On verra plus loin dans un document du 27 mars 1368 que D. François fut déposé du prieuré au chapitre de 1367. Si la permission de l'archevêque était du 30 mai 1367, elle serait d'après le chapitre gen. de 1367, qui se tint les 17-20 Mai, et elle ne serait pas adressée à D. François qui n'était plus prieur de Maggiano.

Nota. — Je demande ensuite à tout lecteur de bonne foi s'il est possible, après la lecture des deux pièces précédentes, de douter que l'origine de la chartreuse de Calci soit due à Pierre de la Vierge. Je n'insiste pas sur la supplique du prêtre Nimes, qui est trop claire : mais comme elle n'est pas originale, des critiques difficiles pourraient me chicaner. — Prenons l'autorisation donnée à la fondation par l'archevêque de Pise. Le prelat ne dit-il pas « cum olim ser Petrus Miranti, olim civis Pisanus, in ultimis vite sue testamentum, de bonis suis fecerit, et heredem sibi instituerit presbiterum Ninum Pucci de Spassavento, pro quodam monasterio vestri ordinis de novo fundando in Pisana diocesi » est ce clair ? Pierre Virginis a constitué Nimes son héritier pour qu'il fonde un monastère de chartreux. Continuons : « cumque ipse presbiter Ninus heres jam dictus, vobis, pro vestro ordine recipientibus, donationem de dicta hereditate, pro dicto monasterio construendo ac ejus dote, jam fecerit, de quibus testamento et donatione fuit et est nobis facta plena fides... » On le voit la donation de l'héritage pour la construction et la dotation du monastère est déjà faite, l'archevêque en a les preuves convaincantes. Cette donation, faite avant le 30 mai 1366, a-t-elle été faite par écrit ou seulement de vive voix, je n'en sais rien, mais elle n'existe pas dans

Les archives

les archives de la maison. Elle a pu se perdre, comme s'est perdue la commission donnée par le chapitre général de 1366 aux Prieurs de Maggiano et de Florence de s'occuper de cette fondation. —

Que les biens provenants de l'héritage de Pierre de la Vierge n'aient pas été suffisants pour construire et doter convenablement la chartreuse, je l'accorde. On verra ensuite que les bienfaiteurs furent nombreux. Mais ce n'est pas une raison pour lui refuser le titre d'initiateur et de premier fondateur. — f. P. B. —

(1366?) 1367, 25 Nov. — Bacciamea, veuve de Pierre Virginis, loue pour cinq ans 7 pièces de terre aux frères Bectino et Martin de Balneo. —

In nomine Domini, Amen. Ex hoc publico instrumento sit omnibus manifestum, Quod Domina Bacciamea, relicta ser Pieri Mirantis, de capella Ste Paule ad ortum, et filia quondam ser Puccii del Biaco (est ce bianco?) locationis dedit atque firmavit Bectino et Marco germanis, filiis condam Puccii dicti Rossi de communi Ste Martini de Balneo predemontis, et cuilibet eorum insolidum, ita quod una locatio intelligatur, infrascripta petia terrarum: Primum quorum est petium unum terre (vas) vineate positum in confinibus Ste Prosperi de Oliveto, in loco dicto predomico et tenet unum caput in via publica, aliud caput in terra vineata hospitalis novi de Pisis, latus unum in terra vineata Ste Prosperi infrascripti, aliud latus in terra vineata Ste Martini de Balneo, et est per mensuram panor. decem octo: — Secundum est petium unum terre vineate positum in supradictis confinibus et loco etc... et est pan. decemocto: — Tertium est petium unum terre fructate positum in confinibus communis Ste Martini de Balneo in loco dicto Alliorte ... et est staior. unum et dimidium: Quartum est petium unum terre cum casalino positum in supradictis confinibus et loco, et tenet unum caput in strata publica, aliud caput in orto etc... et est

et est star. unum : Quinctum est petium unum terre cum casalinis positum hiis confinibus et loco et tenet unum caput in strata publica, aliud caput in Arno .. etc .. et est star. unum : — Sextum est petium unum terre vineate positum in confinibus communis Nucis apud Stum Martinum de Balneo in loco dicto le piaggie, tenet ... aliud caput in Arno .. etc .. et est star. unum : — Septimum est petium unum terre olivate positum in confinibus communis (laissé en blanc) et tenet unum caput in terra patris Guidi Nini communis in hospitali nostro, aliud caput in summitate montis etc .. et est star. (pas marqué) ... ad tenendum ... a festo Ste Michaelis mensis Sept. proxime preteriti ad annos quinque tunc proxime venturos .. pro affictu starioram 4 boni grani integri ad pisanam mensuram et libras tres boni et puri olei ad pisanam mensuram etc .. pagabiles quolibet anno à Pise, le grain à la fête de Ste Marie d'août et l'huile in kalendis mensis januarii .... etc .. les longues formules ...

Actum Pise in logia judicum pisane civitatis posita in claustro ex curiarum pisani communis in capella Ste Ambrosii, presentibus etc. Anno Dni carnis Anno 1367, indictione quinta (quinta) septimo Kalendas decembris, — Ego Ninus judex condam Leopardi de Pisis notarius —

(Arch. cart. de S. parchemin original — cahier n° 2632. des armoires n° 1729. de l'inventaire.)

1368, 27 Mars. — Les visiteurs, se trouvant à la chartreuse de Lucques, nomment un Recteur, un procureur et un clerc rendus pour venir habiter la chartreuse de Pise.

In nomine Domini nostri Jesu Christi. Amen. Universis presentes publicas litteras inspecturis. Fratres Johannes et Nicholaus, domorum Ste Jeronimi prope Bononiam et sancti Laurentii prope Florentiam, cartusiensis ordinis, priores et generales provincie Lombardie visitatores etc .. salutem et notitiam

et notitiam rei geste. Cum per Reverendum in Christo patrem Dominum Helisiarium, olim priorem Cartusie, et per diffinitores Capituli generalis facta fuerit commissio Domno Francischo, tunc priori domus beate Marie de Maggiano, nostri ordinis, prope Senas, et michi fratri Nicholao predicto super facto recepcionis nove fabrice nostri ordinis recipiende prope Pisas, et etiam de vocatione personarum ad dictum locum de pace personarum vocatarum etc. Ita tamen quod si per unum ex dictis prioribus dictum negotium expedire non posset, alter cum socio, quem elegerit, possit dictum negocium execucioni debite demandare: sicut plenius patet in literis publicis et in membrana descriptis et consueto sigillo domus Cartusie sigillatis. Datum in domo Cartusie Anno Domini millesimo CCC. LXVI° prima vel secunda maii (1 vel 2 maii). Ego igitur predictus frater Nicholaus predictum Dominum Johannem, priorem Bononie, ad hoc negotium exequendum elegi in socium et collegam, dicto Domno Francischo a prioratus officio per capitulum absoluto. Cum igitur acceptatio dicte nove domus legiptime fuerit celebrata, et de Domini diocesani licentia jam hedificari inceptum sit, sperantes dictam novam fabricam, Deo previo, a quo cuncta procedunt, et devotis personis suffragantibus et manus porrigentibus adjutrices, in brevi tempore prosperam habituram successum: et ad laudem Dei et beate Marie et beati Johannis Evangeliste, in nostri ordinis augmentum, dante Domino prosecturam: viso habili situ et nostro ordini congruo et cetera circa hoc negotium opportunis; constituti in domo sancti Spiritus prope Lucam, nostri ordinis, de personis ibidem ponendis et collocandis, qui ibidem observantiam nostri ordinis, Deo prestante, valeant jactare principia, et de bonis temporalibus et edificiis construendis debitam sollicitudinem exhibere, auctoritate qua supra

duximus

decrimus providendam. Christi igitur Domini nostri et Sancti Spiritus prius gratia invocata, considerantes personam venerabilis in Christo fratris Domni Francischi, vicarii ejusdem domus Sancti Spiritus prope Lucam, et testimonium habentes de sollicitudine et honestate et ceteris condictionibus suis, eundem Domnum Francischum Rectorem et gubernatorem dicte nove fabrice et rerum ad ipsam pertinentium nominamus, eligimus, ponimus et confirmamus: mandantes eidem, auctoritate Domni Cartusie et capituli generalis, et nichilominus in virtute sancte obedientie precipientes, quatenus in spiritualibus ut assptoris congruo et in temporalibus talem exibeat sollicitudinem atque curam, quatenus et advenientibus et existentibus esse possit bone edificationis exemplum, et dicta fabrica in edificiis et ceteris construendis et gubernandis prospectum recipere valeat et prosperum augmentum. Simul insuper consideratis personis dilectorum in Christo fratrum Domni Johannis, monachi et procuratoris dicte domus, et fratris Angeli, clerici redditi ejusdem domus, ipsos, de eorum pace et consensu, cum spetanea certa triennarii per totum ordinem obtinendi, ad dictam novellam domum vocamus, collocamus et ponimus auctoritate nobis in hac parte concessa: Mandantes eisdem, ut predicto nominato eorum Rectori obedientiam faciant, reverentiam exibeant et cetera humilitatis officia tribuant ut suo vero pastori, similiter omnes ipsos in Domino exortantes, quatenus circa spiritualia et temporalia taliter se habere procurent et studeant, ut apud eos videatur esse in spe bono, quod apud devotos homines et in fama. Sperantes a Domino pro laboribus et sollicitudinibus, quas portabunt, plenam mercedem in perpetuum recepturos. Domum autem ipsam, idque novam fabricam de voluntate Domini diocesani et aliorum ordinis devot-

-orum

-orum vocari consensimus et inscribi, Vallis gratiosa beate Marie et beati Johannis Evangeliste, Cartusiensis ordinis, prope Pisas. Landen auctoritate qua supra comictimus venerabili in Christo fratri et patri Domno Johanni, priori ejusdem domus sancti Spiritus superius nominate, quatenus eosdem Rectorem, monachum et clericum, talitar per nos nominatos et vocatos, ut supra, in possessionem, et tenutam dicte nove fundationis et rerum ad ipsam pertinentium quam citius comode poterit, sub effectu testium et cautionibus publicis ad cautellam, forma servata canonica introducat. Datum in domo predicta sancti Spiritus, nostri ordinis prope Lucam, Anno Domini millesimo CCC. LXVIII. die XXVII^a mensis martii, sub sigillis domorum, nostrorum, in testimonium premissorum. —

(Arch. cart. Pis. Original, parchemin de 0,330 millim. sur 0,200, et au bas un replis de 0,03 auquel sont attachés des restes de queues, aux quelles les deux sceaux avaient été appendus. Sur le dos on a mis plus tard les deux titres suivants, qui sont faux : « Receptio Cartusie Pisane ad ipsum ordinem » l'acceptation avait déjà été faite comme on le lit dans le document ; et « Incorporatione della nostra certosa all' ordine cartusiano per decreto de RR. PP. visitatori chiamate certose di Bologna di Firenze » — L'incorporation à l'ordre se fait par le chapitre général ou le Rd Père. Ce document est simplement la nomination et l'envoi des trois premiers habitants de la chartreuse de Pise, et pas autre chose. — Quant à la date elle correspond au style ordinaire elle n'est pas selon le style pisan : car il est dit dans la pièce à propos de notre R. P. D. Elisaire « olim priorem Cartusie » ce qui prouve qu'il n'était plus prieur. Or il est mort en charge le 11 juin 1367, par conséquent ce document est bien de 1368, 27 Mars. — De plus il y est dit que D. François, prieur de Maggiano, chargé par le chap. gen. de 1366 de la cuper de la fondation, n'est plus prieur et a été déposé par le chapitre : ce chapitre ne peut être que celui de 1367. C'est clair. — La conclusion s'impose. —) n° 2635 des armoires et n° 1734 (de l'inventaire)

(1369 st. ou) 1370, 24 oct. — Donation faite à la chartreuse par Getta Urselli, veuve de François Sciorte, de Pise. —

In Dei nomine, Amen. Ex hoc publico instrumento sit omnibus manifestum: Quod Domina Gecta, relicta Domini Francisci Sciorte de capella Ste Sebastiani, heres et filia quondam Christophori Urselli, per hanc cartam publicam, cum et sub infrascriptis pactis, conditione et onere, pure et irrevocabiliter inter vivos, ita quod nulla causa ingratitudinis vel alia infrascripta seu presens donatio valeat revocari, donavit, donationis et oblationis titulo dedit, obtulit et tradidit venerabili viro domno Francisco, priori seu rectori monasterii ordinis cartusiensis, quod nuper construitur in valle gratiosa, alias dicta valle buia, de Calci, Pisane diocesis, sub vocabulo beate Marie semper Virginis gloriose et beati Johannis evangeliste, recipienti pro ipso monasterio et vice et nomine ipsius monasterii, infrascripta terrarum petia: Primum quorum et campium, positum in valle Arni pisane communitatis in confinibus Scorni, tenet ambo capita in viis publicis, latus unum in terra Nocchi Guccii, aliud latus in terra heredum domini Johannis del Pellaio, et est per mensuram ..... (ita non est pas exprimé). — Secundum est positum in confinibus communis Ste Laurentii ad Lagnaticum, tenet unum caput in terra olim Nocchi Brodi, aliud in terra heredis Cecchi vecchii Masche, latus unum in terra hospitalis novi misericordie de Pisis, aliud latus in terra domine Duccie Gonecti, quod est per mensuram staiorum unum et panor. unius: — Tertium est medietas integra pro indiviso unius petii terre positi in confinibus communis Celiani, in loco dicto prato lombardo, tenet unum caput in terra heredis ser Benvenuti de Scorno, aliud caput in terra heredis ser Bectis Agliate, latus unum in terra Jacobi Nocchi Brodi, aliud latus in terra heredis unius ser Jacobi Urselli, que medietas est per

est per mensuram star. novem: — Quartum est petium unum terre positum in confinibus communis Ste Laurentii ad Pagnaticum in loco dicto alle guarre, tenet unum caput in terra hered. Michaelis Tanis, aliud caput in terra hered. Luccii Pagannelli, latus unum in terra hered. Duccii Vannecti, aliud latus in terra hered. ser Bacciamei Maggiolini, quod est per mensuram star. septem: — Quintum est petium unum terre positum in suprascriptis confinibus, tenet unum caput in terra plebis Ste Cassiani, aliud caput in terra hered. Becte Gonfi, latus unum in terra Duccii Vinecti, aliud latus in terra hered. domini Becte Nicchii, quod est per mensuram star. decem: — Sextum est petium unum terre pratatum positum in confinibus communis Macadii Valisarle, tenet unum caput in terra pratata Tunctarelli et Becte de Ste Petro de Macadum, latus unum in terra domine Cille Rainerii Balistarii, aliud latus partim in terra pratate ecclesie Ste Prosperi et partim in terra pratata Pisani Archipis cop. latus, quod est per mensuram star. viginti quattuor: — Septimum est campium positum in valle Arni in confinibus communis Celaiani, tenet unum caput in forco guerre aliud caput in via publica, latus unum in terra monasterii Nicolai aliud latus in terra Casuccii Puccionis (Puccionis?) de Ste Prospero de via cava, quod est per mensuram star. unum. — Octavum est campium positum in confinibus communis Ste Marie de trebbium in loco dicto Vignale, tenet unum caput in forco guarre, aliud caput in terra suprascripta domine Gecte, latus unum in terra monasterii Ste Massei, aliud latus in terra suprascripta domine Gecte, quod est per mensuram star. unum et panori quattuor. — Nonum est positum in suprascriptis confinibus in loco dicto Cardeto, tenet ambo capita cum uno latore in terra illorum de Gaccii, aliud latus in terra ecclesie Ste Petri ad Pagnaticum, quod est per mensuram star. unum et panor. duo: — Decimum est campium

positum

positum in confinibus communis Ste Marie ad Trebbium, tenet unum caput in terra hered. Nocchi Bectonis, aliud caput in terra heredum Lacchii de Palaria et Granducciì ejus nepotis, latus unum in terra Granducciì et Simonis Benegrandis, aliud latus ..... (sic) quod est per mensuram star. duo et pan. sex: — Undecimum est positum in suprascriptis confinibus intra fonem veteram, tenet unum caput in via publica, aliud caput in terra Bacciarelli Bacchionis, latus unum in terra Granducciì Nutibaractele, aliud latus in forco guerre, quod est per mensuram star. duo et pan. sex: — Duodecimum est positum in suprascriptis confinibus, tenet unum caput in terra suprascripte Domine Gecte et consortum partim et partim in terra hered. Bonvenuti grassi, aliud caput ..... (sic), latus unum in terra suprascriptorum heredum, aliud latus in forco guerre et est per mensuram star. quatteor: — Tertium decimum est positum in suprascriptis confinibus, tenet unum caput in terra heredum Lonis Bindacchi, aliud caput cum uno latere in terra suprascripte domine Gecte, aliud latus in terra heredum Lupi de oculis, quod est per mensuram star. unum et pan. quatteor: — Quartum decimum est positum in confinibus communis Ste Laurentii ad Pagnaticum extra fovicum, tenet unum caput in via publica aliud caput in terra Bacciamee Nicoli, latus unum in forco de guerra, partim et partim in terra dominarum de Fossabundi, aliud latus in terra ecclesie Ste Sepulcri, quod est per mensuram star. quatteor et pan. sex: — Quintum decimum est positum in confinibus communis Marciane minoris in loco dicto Peterccio, tenet unum caput in via publica, aliud caput in forco guerra, latus unum in terra Nerii Diini Orlandini, aliud latus in terra heredum Nerii Coscii Ubertelli, quod est per mensuram star. tria: — Sextum decimum est positum in suprascriptis confinibus, tenet unum caput in forco guerre, aliud caput in terra hered.

de Barthi

q Barthi de Montescali, latus unum in terra heredum dominorum Gani et Gaddi Chicchuli, aliud latus in terra Gaddi dini Orlandini et est per mensuram star. unum: — Septimum decimum est campum positum in suprascriptis confinibus in loco ....(vic), tenet unum caput cum uno latere in via publica, aliud caput in foveo guerre, aliud latus in terre suprascripte domine Gecte, quod est per mensuram star. duo et pan. sex: — Octavumdecimum est positum in confinibus communis Celaiani, quod dicitur Sodium vetus illorum de Ursellis, cum domibus Crestib (terrestibus?), claustro, puteo columbaria et pertinentiis superde, tenet unum caput in via publica aliud caput in terra hered. ser Jacobi Urselli, latus unum in terra hered. Neri Urselli, aliud latus in terra cum domo hered. suprascripti ser Jacobi, quod est per mensuram star. quinque et pan. quattuor: — Nonumdecimum est campum positum in suprascriptis confinibus in loco dicto Casaglia, tenet unum caput in via publica aliud caput in terra Coscii Lanfranchini, latus unum in terra hered. Michaelis de Celaiano, aliud latus in terra Pisani archiepiscopatus, quod est per mensuram star. unum et pan. sex: — Vigesimum est campum positum in suprascripto loco, tenet unum caput in terra illorum de Ursellis, aliud caput cum uno latere in terra ecclesie de Celaiano, aliud latus in terra Coscii Lanfranchini, quod est per mensuram pan. undecim: — Vigesimum primum est petium unum terre cum domo Crest? (terresti?) cum parte plastris positum in communi Celaiani, tenet unum caput in terra domine Duccie Converse, aliud caput in terra abbatie Ste Michaelis, latus unum in via publica, aliud latus in terra domine Vanne de Balneo, quod est per mensuram star. unum et pan. unum: — Vigesimum secundum est campum positum in confinibus suprascripti communis Celaiani in loco dicto gabbreto, tenet unum caput in via publica, aliud caput in foveo guerre, latus unum portum in terra hered. ser Bacciamei Maggiolini et portum in terra Pisani Archiepiscopatus, aliud latus in terra hered. Pieri Rabbiuli, quod est per mensuram star. quatuor,

23 um

priore et ejus auctoritate, et dictus dns Prior una cum eis: Considerantes quod religionem sit et pium defunctorum voluntates non infringere, sed in vio labilitas observare, maxime circa alimenta uxoris testatoris, que in viduitate manens dicitur stare in patrimonio; habentes notitiam plenariam et certitudinem firmam de institutione dicto monasterio et conventui facta a Johanne Benigne, filio olim domini Betti Benigni, pisano cive, de capella Ste Sebastiani de fabricis majoribus Pisane civitatis, et de dicta institutione constat per ipsius Johannis ultimum testamentum, ab eo conditum et factum et rogatum et publicatum a ser Johanne notario, filio olim Viviani Diedi de Martì, Pisano cive, Dominice Incarnationis anno millesimo trecentesimo octuagesimo quarto, indictione sexta, quarto nonas junii (st. com. 1383, 2 Juin), seu alio tempore vel datali: et de omnibus et singulis judiciis et legatis contentis in eo et maxime de legatis et judiciis factis a suprascripto Johanne Benigno Domine Antonie, olim uxori sue, filia quondam domini Petri Buglia de Gualandis; considerantes etiam continuos et graves labores, quos per longum tempus ipsa Domina Antonia substinuit et patienter in egritudine dicti Johannis, olim viri sui, prout est omnibus manifestum: ac etiam quod dies suos in dictis laboribus et conjugio ipsa consumpsit usque ad senium; Ac etiam considerantes ejusdem Domine Antonie suam ex progenie nobilitatem, ejus causa ipsa magis erubescerat mendicare, et dotis sue paucitatem: Notitiam etiam habentes quod post mortem suprascripti Johannis Benigni, conventus et monaci suprascripti monasterii pro tempore existentes, Dominice Incarnationis anno millesimo trecentesimo octuagesimo quinto de mense Aprilis (ex st. com. 1386, Avril), ratificaverunt et approbaverunt omnia legata facta dicte Domine

Antonie

Antonie per dictum Johannem, quondam ejus maritum, prout etiam de approbatione et ratificatione constat per dictum monasterium, conventum et monachorum, heredum predictorum, predicta legata non ignorantium: Ad interrogationem mei Luce, notarii infrascripti, tanquam persone publice interrogantis pro dicta domina Antonia et ejus vice et nomine, ipsi capitulariter seu collegialiter predicta omnia et singula legata dicte domine Antonie facta a suprascripto Johanne, quondam ejus marito, approbaverunt, ratificaverunt et homologaverunt ad evidentiam, cautelam et firmitatem ita pretitam testamenti confirmationem, de qua supra fit mentio; Asserentes in verbo veritatis et per hunc actum novum, si expedit, paragentes: Volentes quod pro ut hucusque ipsa domina Antonia tenuit et usufructavit terras, possessiones et bona sibi ad usufructandum legata a dicto Johanne, quondam marito suo, et omnia alia legata tenuit et habuit pacifice et quiete, ita in posterum ipsa usufructet, teneat et habeat in omnibus et per omnia et eo modo et forma, quo et quibus in dicto testamento suprascripti Johannis plenarie continetur, sine molestia vel contradictione cujuscumque, reservato dicto monasterio et conventui omni jure, quod habet seu habere posset in dictis rebus usufructatis seu usufructandis a suprascripta domina Antonia. Promittentes per solemnem stipulationem mihi Luce notario infrascripto, tanquam persone publice, agenti, recipienti et stipulanti pro suprascripta domina Antonia et ejus vice et nomine, et ipsi domine Antonie licet absenti, predicta omnia et singula suprascripta semper et omni tempore habere et tenere firma et rata et inviolabiliter observare, et contra non facere vel venire ullo unquam tempore, ulla ratione vel causa de jure vel de facto, ad penam dupli totius ejus, de quo agi

agi

agerctur, vel contrafieret, et omnes expensas curie judicii et advocatorum, et omnes alias, que propterea inde fierent, mihi Luce notario infrascripto, ut dictum est, et dicte domine Antonie licet absenti dare et emendare convenerunt et promiserunt: Obligando inde se nomine suprascripto et bona omnia dicti monasterii mihi Luce notario infrascripto, ut supra, et dicte domine Antonie licet absenti: Renuntiando omni juri canonico et civili ipsi monasterio, conventui, priori et monacis competenti et competituro contra predicta vel aliquod predictorum. Actum in capitulo dicti monasterii et conventus, posito Calci in suprascripta Valle gratiosa, ubi hec et similia consueta sunt fieri, presentibus Corrado quondam Henrici Teutonico, et Dominico Johannis de comitatu Lucano, tunc familiis dictorum monasterii, conventus et monacorum, testibus ad hec vocatis et rogatis, Dominice incarnationis anno millesimo trecentesimo nonagesimo septimo, indictione quinta, die septima octobris. (St. ord. 1396, 7 oct.)

Ego Lucas, filius quondam Andree de Calci, pisanus civis, imperiali auctoritate notarius predictis omnibus et singulis interfui, et ea rogatus hic scripsi et in hanc publicam formam redegi. —

(Arch. cant. Pis. - Original, parchemin, déchiré dans le haut, où il y a un trou de 0,3 centimètres ! larg. 0,347 millim. long. 0,515. Sur la Dos de la n° 1949, celui de l'Inventaire. N° actuel des Armoires. Les deux documents dont il est fait mention dans cette pièce, n'existent plus ici.). —

1397, 5 oct. — Testament de Doctus de Gambacurtis. Institue la chartreuse de Calci son heritier universel. —

In nomine Dei, Amen. Anno Dominice Incarnationis millesimo trecentesimo nonagesimo septimo, indictione sexta, secundum cursum et consuetudinem notariorum civitatis Florentine

die quinto

die quinto mensis octobris. (an stor. 1397, 5 oct. noter qu'à Florence l'indiction commençait au 1er sept. d'où il y a ici, indiction 6ª qui est celle de 1398 selon le style romain). — Pateat omnibus publice, quod nobilis Iacovus Loctus, quondam Francisci quondam Coscii de Gambacurtis, de Pisis, sanus per Christi gratiam mente, sensu et intellectu, licet languens corpore, volens de suis bonis disponere, res et bona sua omnia per presens nuncupatum, testamentum sine scriptis in hunc modum disposuit et facere procuravit et fecit: — In primis quidem elegit sepulturam suam, si cum mori contigerit in Sancto Miniate, apud ecclesiam Sancti Francisci, ordinis fratrum Minorum, de Sancto Miniate predicto, indutum habitu dictorum fratrum.

Item reliquit, jure legati, Bartholomeo Nicolai de Gambacurtis, de Pisis, medietatem pro indiviso omnium possessionum et bonorum, sitorum in territorio et comitatu Pisano, quas dictus testator habet communes seu communia pro indiviso cum dicto Bartholomeo.

Item liberavit et absolvit Franciscum, quondam Gerardi de Gambacurtis predictis, a quodam debito florenorum trecentorum de auro, quos dictus Loctus, seu alter pro eo, mutuaverat dicto Francisco.

Item, pietatis intuitu, Madalenam, eius servam, manumittam cum dicto Locto, presentem et acceptantem, ab omni servitute liberavit et ipsam liberam et sui juris esse voluit, reliquit et mandavit.

Item instituit sibi heredem Dominam Lagiam, matrem suam, filiam olim Domini Upezini de marchionibus Spinete, et olim uxorem dicti Francisci Coscii, in una domo posita in civitate Pisarum, in capella Sancti Sebastiani, cui a primo via publica, a secundo Francisci Pannochie, et a tertio Cristo-

fani cima-

-fani cimatoris quondam . . (ida) . . . . Et post mortem dicte domine Lagie voluit quod dicta domus perveniat ad fratres et conventum de certosa de Pisis.

Item instituit sibi heredem Dominum Johannem, avium suam paternam et uxorem olim dicti Coscii, avi ejus, in florenis mille de auro.

NB. In omnibus autem aliis bonis suis mobilibus et immobilibus, juribus et actionibus quibuscumque, tam presentibus quam futuris, sibi heredes universales et generales instituit et esse voluit conventum et fratres ordinis de certosa de Pisis.

Et hanc suam ultimam voluntatem asseruit esse velle, quam valere voluit et tenere jure testamenti; quod si jure testamenti non valeret vel valebit, valeat et valebit et valere voluit jure codicillorum et donationis causa mortis, et alterius cujuscunque ultime voluntatis, qua valere poterit melius et tenere.

Actum in Sancto Miniate Florentino, in contrata Lancolis in domo Michaelis Filippi et habitationis dicti testatoris, presentibus testibus Johanne Domini Gerardi de Gambacurtis de Pisis; ser Loysio Guccii de Luca: Lancio Meuccii et Paulo Michaelis Filippi de Sancto Miniato predicto: Johanne Ursi et Johanne Frediani Lambardini, de Pisis: Piero Bonti (Banti, 2e exempl.) de Sto Johanne curie Ste Miniatis predicti: et Guasparrino Vannuccii de Ponte di Sacco comitatus Pisarum, ad hec vocatis et rogatis proprio ore dicti testatoris et cognoscentibus dictum Loctum testatorem.

Ego Jacobus quondam ser Filippi de Sancto Miniato, Imperiali auctoritate judex ordinarius et notarius publicus, predictis omnibus et singulis, dum agerentur interfui eaque rogatus scripsi et publicavi (un second exemplaire a en plus!) et ideo me subscripsi

subscripsi et signum meum consuetum apposui, et quod supra in decima septima linea interlineatum est videlicet uxorem, quod per errorem obmissum propria manu scripsi et interlineavi. —

(Arch. Cart. Pis. Deux exemplaires en parchemin, écrits par le même notaire. Le 1er, qui n'a pas les trois lignes de la fin, larg. 0,203 millim. long. 0,405. — Le 2e, larg. 0,231 millim. long. 0,487 — Tous les deux ont sur le dos le n° 1947, celui de l'Inventaire. n° actuels des Armoires. Sur le 2e on a ajouté après ce qui suit: —

+ Inter cetera, que continentur in quadam carta additionis hereditatis rogata a me Michaele, notario infrascripto, sub infrascriptis (il y a infribus, sic) temporibus et datalibus continentur sic:

Venerabilis pater Dominus Rafael, olim Jacobi de Janua, prior monasterii et conventus beate Marie Virginis et beati Johannis evangeliste, ordinis cartusiensis, site in valle gratiosa de Calci, Pisani districtus, sindicus et procurator dicti monasterii et conventus ad hec et alia faciendum, ut patet per cartam sindicatus et procure rogatam a me Michaele notario infrascripto, Dominice Incarnationis Anno millesimo trecentesimo nonagesimo nono, indictione tercia, die vigesima quinta julii (en stile ord. 1398, 25 julii): sciens et notitiam habens suprascriptum monasterium de Calci esse institutum heredem a Lotto, olim Francisci olim Conscii (sic) de Gambacurtis, de Pisis per ejus ultimum testamentum, rogatum a ser Jacobo notarie, quondam ser Filippi de Ste Miniate, Dominice Incarnationis anno millesimo trecentesimo nonagesimo septimo, indictione tercia, secundum cursum notariorum Florentie, die quinto mensis octobris (1397, 5, oct.), vel alio quoque tempore vel datali et in curia cancellarie Pisane civitatis insinuatum, dicto sindicatus et procuratorio nomine predicto monasterio et conventui, adivit hereditatem suprascripti Lotti, dicens: Adeo et

apprendo hereditatem suprascripti Lotti pro suprascripto monasterio et conventu, et dicto nomine, pro suprascripto monasterio et conventu, volo esse heres suprascripti Lotti de Gambacurtis. Et talem (litur!) me Michaelem, notarium infrascriptum, rogavit ut inde publicum conficerem instrumentum. Actum Pisis in apotheca posita sub palatio residentie Domini pisane potestatis, posito in capella Ste Ambrosii, presentibus ser Johanne notario filio olim Andree Coriarii de campo, de capella Ste Nicolai (Agricolæ!) et Parente Puccini forbiciario de suprascripta capella Ste Nicolai et ser Guaspare notario filio Johannis Masseferi de capella Ste Leonardi de Pratocello, civibus pisanis, testibus ad hec rogatis, Dominice Incarnationis Anno millesimo trecentesimo nonagesimo nono, indictione sexta, secundum cursum notarium pisane civitatis, die sexta decima Augusti. (St. ord. 1398, 16 Aug.)

Ego Michael, filius Francisci de Cascina, civis pisanus, imperiali auctoritate notarius atque judex ordinarius, predictis omnibus et singulis per me scriptis, dum agerentur inter eos, et ea rogatus scribere scripsi et publicavi et in hanc formam redegi.

(Outre Ceux nos 1947, ce parchemin a encore mon cedos « Camp. H. 290 »)

1397, 6 oct. — Codicille de Loctus de Gambacurtis.

Codicillum supradicti Locti testatoris, per quod declaratur quod in parte, per quam reliquit sibi universales heredes fratres Carthusienses, non intelligi in ea nonnulla bona et quantitates denariorum, prout in ea. In copia sub ea a Simone olim Jo. de Camotto. — Ita Inventaire no 1948.

Je n'ai pas trouvé ici cette copie. —

1397, 8 Novembre. — Barthelemy de Gambacurtis declare que Jeanne, veuve de Coscii de Gambacurtis, ne lui doit plus rien. —

In nomine

In nomine Dei, Amen. Anno Dominice Incarnationis millesimo trecentesimo nonagesimo septimo, indictione sexta, die octavo mensis novembris (comme un ott. od. 1397, 8 nov.). Actum in Sancto Miniate in contrata Pancolis in domo habitationis infrascripte Domine Johanne, presentibus testibus ad hec vocatis et rogatis, Johanne Domini Gerardi de Gambacurtis de Pisis, Domino Nicolao Mei, et Michaele Filippi, de Sancto Miniato predicto. Pateat publice, Quod Bartholomeus, quondam Nicolai de Gambacurtis, de Pisis, omni via, jure et forma, quibus melius potuit facere per se et suos heredes, finem, quietationem, liberationem, absolutionem et pacem, de ulterius non petendo Domine Johanne vidue, uxori olim Coscii Francisci de Gambacurtis, de Pisis, ibidem, presenti et agenti pro se et suis heredibus, de omni et toto eo, quod dictus Bartholomeus petere posset a dicta Domina Johanna, quacumque ratione vel causa, cum scriptura vel sine et maxime vigore legati facti per Locium, quondam Francisci quondam dicti Coscii, in suis codicillis, de quibus constare dicitur manu ser Simonis ser Tilimonis ser Johannis de Sancto Miniate notarii: salvo excepto et reservato, quod presens contractus finis non extendatur nec locum habeat in bonis et rebus et juribus, que olim fuerunt vel fuissent vel remansissent in hereditate et bonis dicti quondam Locti, existentibus vel consistentibus extra civitatem, comitatum et diocesim Pisanum, quantumcumque ipsa bona et jura vel credita tantarent in personam dicte Domine Johanne; in quibus quidem bonis et rebus, creditis et juribus dictus Bartholomeus jus suum salvum et illesum sibi et suis heredibus penitus reservavit. Promictens etc. formulas.. Et hoc idem fecit dictus Bartholomeus qui confessus et contentus fuit se habuisse et recepisse ac sibi integraliter

datum

datum, solutum et satisfactum esse a dicta Domina Johanna de omni et toto eo quod ab ea petere posset quacumque de causa. etc...

Ego Jacobus quondam ser Phylippi de sancto Miniato, imperiali auctoritate judex ordinarius et notarius publicus etc....

(Arch. Cart. Pis. Original, parchemin, largeur 0,190 millim. long. 0,310. Sur le dos le n° 1950, celui de l'Inventaire, N° actuel des Armoires.).—

1398, 26 Janvier. — Achat d'une maison à Pise, pour 250 florins d'or

In nomine Domini, Amen. In hoc publico instrumento sit omnibus manifestum, Quod Bonacursus, olim Mey Bonacursi Passere de Vico, de capella Ste Pauli ad ortum, actor Nicolai olim Johannis de Appiano, de capella Ste Potii in vinculis, curatoris ad hec et alia facienda ser Nicolai notarii et Johannis germanorum, filiorum olim et heredum ser Puccii notarii olim Mey Bonacursi Passere de, de suprascripta capella ad ortum.. (Les cartes de curateur et d'acteur sont du 12 mai 1398 (ust. ord 1397) actoriatus nomine predictis minoribus prodando et solvendo Guasparro quondam Francisci Celi patterio, de capella Ste Silvestri, viro futuro... domine Ginevre, uxori future dicti Guasparis, octingentas libras denar. pis. prodote domine Ginevre... nepotis sue Bonacursi et filie quondam ser Puccii notarii de Vico alias Jacobi, germani suprascripti Bonacursi.... promissas.. Guasparro a dicto Bonacurso pro certam matrimonii.. rogatam.. 1398, 19 Mai (st. ord. 1397) etc..... n'ay ont pas de quoi payer cette dt de sa mère, vend l'immeuble suivant, avec l'approbation des juges et après proclamation faite suivant les règles... donc le dit Bonacursus, actorio nomine

nomine, quo supra, per hoc publicum instrumentum vendidit et tradidit ser Tohami notario, filio Andree Cociarii, sindico et procuratori, ut dixit, monasterii ordinis cartusiensis de Calci, pro dicto monasterio emenți et recipiente: Petium unum terre cum domo solariata tribus solariis, positum Pisis in capella Ste Pauli ad ortum et tenet unum caput in via publica, aliud caput in chiasso publico dicto Grattaculo, latus unum in via publica dicta chiasso dalle fornera, aliud latus olim in terra heredum magistri Guiduccini cirugici de Marti, et nunc in terra et domo Michaelis et Pieri, germanorum, filiorum quondam Bonavicte de Campo, vel si qui alii sunt ejus confines; emptum olim per dictum ser Jacobum notarium alias dictum Puccium, filium, Mei Bonacursi..., emancipatum a dicto suo patre ut constat per cartam, 1358e die 2a XI 11a, 13e 19 Aprilis tum; de sua ipsius ser Jacobi pecunia propria ab eo acquisita (sic) a Gerardo.. de carreto.. per cartam 1367e die 2a 14a 7e ydus sept. (A. ab. 1366, 7 sept.).... cum omni jure, actione, ractione, proprietate pertinentiis et adjacentiis suis etc.... pro pretio et nomine certi pretii florenorum trecentorum quinquaginta auri boni et justi ponderis de puris formulis dicti auri.... Actum Pisis in curia pupillorum pisane civitatis, posita in capella Ste Ambrosii, presentibus ser Bello notario... et ser Francisco notario.. de Gliffano.. testibus ad hec rogatis, Dominice Incarnationis Anno millesimo trecentesimo nonagesimo octavo, indictione sexta, die vigesimo sexto Januarii. (A. ab. 1398, 26 Januar.) —

Suit encore un jugement qui permet à l'acheteur de payer à Bonacursus; puis celui-ci reconnaît qu'il a reçu du procureur des chartreux 250 florins d'or, lesquels sont donnés à Gaspar Colli pour la dot de sa future femme Ginevra. Il reconnaît les avoir reçus. Ça n'est pas. —

Ego Guido, filius quondam domi Jacobi dalspatiari, pisanus,

civil pisanus, imperiali auctoritate notarius et nunc notarius et curia publicus ... curia pupillorum, etc. ... scripsi et publicavi ....

(Arch. cart. Pis. Original, parchemin, larg. 0,490 millim. long. 0,737. Sur la dos la n° 1959, celui de l'Inventaire. On a mis aussi sur le dos que la maison fut vendue en 1477. N° actuel des Armoises).

1398, 8 Mai. — Le chapitre général nomme des procureurs pour recueillir l'héritage Gambacorte.

In nomine Domini, Amen. Cum hoc sit quod providus et circumspectus vir Coscius quondam Francisci de Gambacurtis de Pisis, de Capella Ste Egidii, suum ultimum condiderit testamentum, scriptum, rogatum et publicatum manu ser Nocchi notarii, quondam ser Bonaventuri notarii de Lavriano, civis pisani, Dom. Inc. a° 1389 ind. XI a die 12 sept. secundum cursum et consuetudinem notariorum pisane civitatis (en st. rom. 1388, 12 sept.) : In quo quidem testamento sibi haredem universalem instituit Coctum, nepotem suum, et filium olim Francisci olim filii suprascripti Coscii. Item in casu quo dictus Coctus (une ligne effacée en blanc) substituerit in dicta hereditate sibi a suprascripto Cocto, nepoti suo, ordinem Cartusiensium, comodo et forma, ut in dicto testamento plena et clara patet : Et evenerit casus substitutionis. Ideirco Religiosus ac venerabilis Pater in Christo Dompnus Christoforus .. de Florentia, totius cartusiensis ordinis predicti Dompnus generalis, ad quem de jure pertinet cura, sollicitudo et providentia de incumbentibus et emergentibus ad dictum ordinem, scions hereditatem suprascripti Coscii, ut profertur, ad dictum ordinem esse delatam : In presentia, consilio, consensu et voluntate Dompni Michaelis prioris monasterii Ste Maurii, Dompni Johannis Amoros à prioris Jamue, Dompni

Dompni Petri prioris Luce, Dompni Amani prioris de Praga, Dompni Ugonis prioris Vallis omnium Sanctorum, Dompni Stephani prioris Mediolani, Dompni Petri prioris Ste Michaelis de Ungaria, et Dompni Raffaelis prioris de Calci, diffinitorum capituli generalis presentis anni dicti ordinis: Et ipsi idem ita diffinitores supradicti de mandato ipsius dompni, matura deliberatione prehabita, considerantes quod que pluribus committenda sunt segnius expediuntur, hoc inconveniens tollere curantes, protestatione premissa, in singulis capitulis presentis contractus habita pro repetita, quod non intendunt per hunc actum dictam hereditatem adire vel repudiare pro dicto ordine: omni via, jure, forma, modo et quibusunque nominibus quibus melius et efficatius potuerunt sibi invicem consentientes, fecerunt, constituerunt et ordinaverunt suos, dicti nominibus et dicti ordinis, sindicos, procuratores, defensores, factores generales et legitimos administratores, sestores, actores et responsales, non revocando propterea per hoc quoscunque alios suos et dicti ordinis sindicos seu procuratores, Dompnum Johannem Amorosi priorem Janue, Dompnum Petrum priorem Luce, et Dompnum Raffaelem priorem de Calci, presentes et recipientes, et quemlibet eorum in solidum, ita quod occupantis non sit melior condictio, et quod unus eorum inceperit alter prosequi valeat et finire, generali per specialem non derogando, ad repudiandam dictam hereditatem, ut supra prefertur, dicto ordini devolutam, si eam damnosam viderint et existimaverint et ipsi ordini non putaverint expedire: Et ad ipsam, si expedire dictis nominibus viderint, cum beneficio inventarii, et sive adeundum et apprehendendum et adeundum possessionem et tenere, et corporalem tenutam dictis nominibus tanquam heredes: Et ad bonorum possessionem

adquirendum

agnoscendum, et ad paciscendum, transigendum et componendum
et pacta, transagiones et conventiones, etiam cute aditam hereditatem, faciendum cum quibuscumque personis et locis, communibus vel universitatibus: Et ad supplicandum, et rescripta impetrandum prodicto ordine pro contentis in dicto testamento, seu dicta hereditate coram quibuscumque dominationibus sive magistratibus, tam ecclesiasticis quam civilibus, et gratiis, rescriptis et privilegiis, a quibuscumque concessis dicto ordini, pro dicta hereditate utendum, et ipsis, si dicti sindici vel altari eorum, ut dictum est, placuerit, renumptiandum prout et sicut ipse totus ordo et generalle capitulum certiorem disponere possit. Itemper si et postquam adierint et apprehenderint dictam hereditatem, et res et bona et possessiones dicte hereditatis, seu agnoverint ipsam bonorum possessionem; per presens instrumentum, fecerunt, constituerunt et ordinaverunt suos et dicti ordinis, dictis nominibus pro dicta hereditate et rebus et bonis dicte hereditatis, suprascriptos Dompnos Johannem, Patrum et Raffaelem et quemlibet eorum insolidum, ita quod occupantis non sit melior condicio et quod unus eorum inceperit alter etiam prosequi valeat et finire, non derogando generi per speciem, ut supra dictum est, et etiam non revocando aliquos alios dicti ordinis sindicos et procuratores, et etiam dictum est, generales sindicos et procuratores, actores, defensores, factores et legitimos administratores, gestores et responsales ad locandum, et dislocandum res, possessiones et bona quecumque et ubicumque posita, cuicumque et quibuscumque pro eo affictu, pensione et redditu in rivino et rivinis et sine rivino et rivinis, prout et sicut et quomodo ipsis sindicis vel altari eorum, ut dictum est, placuerit et videbitur: Et ad vendendum, tradendum, pignorandum, donandum et insolutum dandum et recipiendum, pro dicta hereditate

res, bona

res, bona, terras, possessiones et jura quelibet et nomina quarumcunque quantitatum rerum et annariorum quibuscunque personis, locis et ubicunque positas, propretio et pretiis dare ac et quibus et prout et sicut dicti sindici et procuratoribus vel alteri eorum videbitur et placebit, et ad ipsum pretium et pretia recipiendum et confitendum, et inde sibare quietos, contentos et pacatos vocandum; Et ad rantes et solventes et eorum heredes et bona liberandum et absolvendum: Et de cautione et aliis ut ordo juris postulat, promittendum: Et ad possessiones et dominium in emptorem et emptores et in solutum, acceptoras transferendum et dandum: Et ad fidejussores unum et plures pro dictis omnibus et singulis dandum et rogandum: Et ad eos et eorum heredes et bona de conservando indempnes et indempnia promittendum: Et ad faciendum propterea quascunque promissiones, obligationes et renumptiationes necessarias ac predicta et quodlibet predictorum: et ac cartam et cartas de predictis et propedictis et infrascriptis et quolibet eorum faciendum et fieri faciendum, cum paralibus, stipulationibus, promissionibus, convencionibus et penis, ita quod de jure bona valerent et tenerent in laudimio convencionis sapientis recipientium: Et ad dividendum, lacessendum et in ... nandum res et bona dicte hereditatis, que et quas habet communes et communia cum quibuscunque personis et locis: Et ad faciendum partem et partes et eorum bonorum que dividerent partem et partes recipiendum, eligendum, dandum, benedicendum et incantandum: Et ad petendum, exigendum, recipiendum et recolligendum totum et quicquid dicte hereditatis debetur et in antea debebitur a quibuscunque personis et locis quacunque occasione vel causa cum cartis et sine: Et de ea pro dicta hereditate, dictis nominibus, bene quietos, contentos et pacatos vocandum, et solventes et eorum

heredes

heredes et bona liberandum et absolvendum: Et ad cartam et cartas de predictis cassandum et cassari faciendum, et parabilam cassandum, dandum et faciendum et fieri faciendum: Et ad pacisendum et transigendum et pactum de ulteriùs non petendo faciendum et pacta quelibet aquocunque et quomodocunque faciendum: et ad cartam et cartas, quietationis, liberationis, absolutionis et generalis transactionis finis faciendum nomine dicte hereditatis; Et ad jurandum et dandum adversus et contra debitores olim suprascripti Corsii et meri dicte hereditatis: Et ad omnes et singulas lites, causas, quaestiones et controversias et diferentias, quas dicta hereditas haberet et in antea est habitura cum quibuscunque personis et locis quacunque occasione et causa, in quacunque curia tam ecclesiastica quam civili et coram quibuscunque magistratibus et judicantibus, tam in agendo quam in defendendo: Et ad eas et quamlibet earum incipiendum et contestandum, prosequendum et exequandum usque ad finem cause et causarum cum effectu; Et ad appellandum, si opus fuerit, et in appellatione prosequendi usque ad finem: Et ad faciendum sacramentum calumpnie et cujusque alterius generis juramentorum, si expedierit, pro animas et super animas suprascriptorum constituentium dicte nominibus: Et ad beneficium restitutionis in integrum principaliter, incidenter et emergenter et quotiens opportunum fuerit petendum et impetrandum: Et ad compunctandum in arbitrum et arbitros, arbitratorem et arbitratores et amicos communes pro communem arbitrium laudamentum et amicabilem compositorem: Et omni alio modo quo dicti sindici et procuratorius vel alter eorum, ut dictum est, placuerit, et ad tenere et tenenda et stationem et stationes capiendum et capi faciendum et vendendum et pretia petendum et recipiendum: et etiam sibi dictis nominibus pro dicta hereditate assignari et adjudicari petendum:

Et ad

Et ad requisitiones, protestationes, inhibitiones, petitiones, precepta et monitiones faciendum et fieri faciendum: Et ad faciendum exbannire et rebannire, capi, detineri et in carceres mitti et relaxari omnes et singulos debitores, presentes et futuros olim suprascripti Coscii et nunc suprascripte hereditatis: Et ad faciendum et substituendum et ordinandum unum et plures procuratores pro dictis constituentibus et eorum vice et nomine semel et pluries et quotiens opportunum fuerit, pro dictis omnibus et singulis et aliis de quibus dictis iudicis vel alteri eorum quandocumque et qualitercumque placuerit, exequtioni mandandis: Et ad promictendum dictis procuratoribus, substituendis ab eis, conservare ipsos et eorum heredes et bona indempnes et indempnia ab omni onere satisdationis et fidejussionis relevare: Et nichilominus substitutione seu substitutionibus factis presens mandatum firmum sit et in suo robore perseveret, et dicti Dompni Thomas, Petrus et Raffael sint et remaneant iudices et procuratores: Et generaliter ad omnia et singula alia faciendum et dicendum, que ad predictam hereditatem et bona dicte hereditatis ante aditionem et post pertinent et pertinere noscuntur et que, si ipsimet constituentes presentes et heredes essent, facere possent, etiam si aliqua que dicti iudices et procuratores vel alter eorum, ut dictum est, velent agere, petere, gerere seu administrare, paria essent vel majora specificatis suprascriptis, in quibus speciale et expressum mandatum exigeretur: Dantes eidem constituentes dictis iudicis et procuratoribus vel altori eorum, ut dictum est, in solidum generalem, liberam et absolutam administrationem et plenum, liberum et generale mandatum omnium bonorum et negotiorum suprascripte hereditatis, sicut dictum est videbitur, addendo: Ita quod de omni et toto eo, quod pro ea et ejus bonis, factis, causis et negotiis quibuscumque tam presentibus

tam presentibus quam futuris, et tam in agendo quam in defendendo quomodocunque et qualitercunque gesserint, vel alter eorum gesserit ut dictum est, intelligatur [illegible] habere plenum, liberum et ordinatum mandatum, arbitrium, voluntatem et interpretationem: Et voluerunt dictos sindicos et procuratores et quemlibet eorum, dicti nominibus, et substituendos ab eis vel altero eorum, ab omni onere satisdactionis et fidejussionis relevare, per stipulationem convenerunt et promiserunt michi Stephano, notario infrascripto, tanquam persone publice, agenti et stipulanti pro omnibus et singulis quorum interest vel interesserit, de judicio sisti et judicatum solvendo et habere firmum et tenere ratum et firma et grata totum et quicquid et omnia et singula, quod, que per dictos sindicos, procuratores vel alterum eorum et substituendos ab eis vel altero eorum, dicti nominibus, pro dicta hereditate et occasione dicte hereditatis et bonorum ipsius, pro dicto ordine Cartusiensi, factum fuerit: Et contra non dicere vel facere, opponere vel venire per se vel alios successores suos ullo unquam tempore, aliquo modo vel jure, ad penam dupli totius ejus de quo et unde ageretur seu contrafieret, sub ypotheca et obligatione bonorum omnium convenientium supra nominatorum.

Et Rogaverunt supradicti Constituentes me, notarium infra et infrascriptum, ut de predictis publicum confitionem instrumentum. Acta fuerunt hec omnia in cella infrascripti domini Christofori domini infrascripti, posita in monasterio Ste Johannis de Seyz, Marchie Ytalie, patriarcatus Aquilensis, presentibus presbitero Johanne Boial de Anglia, clerico dicte domino Paulo quondam Nicolai de Boterijs de Bononia doctore utriusque juris, et Petro Cait de Austria, testibus ad hec vocatis et rogatis. Anno Nativitatis Domini millesimo trecentesimo nonagesimo octavo, indictione sexta, die octava mensis maij secundum consuetu-

contuetudinem dicte patrie arcatur.

Ego Stephanus, quondam Nicolosi Bartholomei de Luca, Imperiali auctoritate notarius et judex ordinarius, omnibus predictis interfui et ea rogatus scripsi et publicavi. —

(Arch. cart. P d. Original, cahier de parchemin de 8 pages dont 5 et 1/2 sont écrites, larg. 0,203 millim. long. 0,282. — Sur la dernière page le n° 1954, celui de l'Inventaire. — N° actuel des Armoires.)

(1398. St. arc.) 1399, 25 Juillet. — Les chartreux de Calci nomment procureurs, pour les représenter dans l'héritage Gambacorte, le prieur, le vicaire et le procureur. —

In nomine Domini, Amen. Ex hoc publico instrumento patead omnibus evidenter, Quod venerabilis Pater Dominus Rafael, olim † Jacobi de Janua, prior monasterii Beate Marie Virginis et beati Johannis evangeliste, ordinis cartusiensis, siti in Valle gratiosa de Calci, in presentia, consilio, consensu et voluntate infrascriptorum suorum et dicti monasterii monacorum et fratrum, videlicet Domini Johannis olim Berti de Luca, vicarii dicti monasterii: Domini Rolini olim Coli de Miricuria, sacriste dicti monasterii, Domini Ludovici olim Corsi, de Castro Ste Johannis Florentino, et Domini Laurentii Jacobi de Hasti, monacorum et fratrum dicti monasterii, qui sunt major et sanior pars et ultra quas partes de tribus totalibus partibus monacorum et fratrum dicti monasterii, vocatorum ad capitulum in capitulo domus infrascripti monasterii per dictum Rolinum, infrascriptum sacristam, et moris eorum est et dicti monasterii, et congregatorum in dicto capitulo, mandato infrascripti Domini Rafaelis (prioris) ad hec specialiter faciendum: Et ipsi idem monaci una cum dicto domino Rafaele priore et ejus decreto et auctoritate et ipse idem prior una cum eis, pro se ipsis et successoribus et

dicto

dicto monasterio, et vice et nomine dicti monasterii et ejus capi-
-tuli et conventus, non revocando propterea alios procuratores
per eos vel eorum antecessores usque hodie factos, per presens
mandatum, sed potius confirmando, protestatione premissa
et in singulis capitulis hujus conventus habita pro repetita,
quod non intendunt per hunc actum aliquas hereditates devo-
-lutas vel devolvendas ad dictum monasterium adire vel repu-
-diare pro dicto monasterio et conventu: omni via, jure, modo,
forma et nomine quibus melius et efficacius possunt, fecerunt
constituerunt et ordinaverunt suos et dicti monasterii et con-
-ventus syndicos, procuratores, defensores, factores generales et
legiptimos administratores, gestores actores et responsales Dom-
-num Rafaelem, priorem, dicti monasterii, suprascriptum Dominum
Johannem vicarium, presentes, recipientes et acceptantes, et
Dominum Dominicum olim Simonis de Sta Maria de Montem,
procuratorem socium dicti monasterii et conventus, absentem,
nunc a dicto monasterio prosactis et negotiis dicti monasterii,
et discurrent, tanquam presentem, et quemlibet eorum in solidum
ita quod occupantis non sit melior conditio, et quod alter eorum
incoperit ejus possit prosequi et finire: generi per speciem non
derogando, ad repudiandum quascumque hereditates dicto
monasterio devolutas et devolvendas, si eas vel aliquam earum
damnosas vel damnosam viderint et extimaverint, et ipsi
monasterio et conventui non putaverint expedire, vel ad ipsas
hereditates vel aliquam earum, si expedire viderint, dictis no-
-minibus cum beneficio inventarii vel sine adeundum: et specia-
-liter ad eundum hereditatem Lotti, filii olim Francisci olim
Colcii de Gambacurtis, civis pisani, devolutam ad dictum
monasterium et conventum per ejus ultimum testamentum
rogatum sub quocumque tempore vel datali, a quocumque

notario

notario, si eam dicto monasterio expedire viderint, cum confessione et beneficio inventarii vel sine, vel ad ipsam repudiandam, si monasterio viderint vel estimaverint esse damnosam: Et ad apprehendendum et intrandum possessionem et tenendum, et ad bonorum possessionem agnoscendum, et ad faciendum, transigendum, componendum, et pacta, transactiones et conventiones et ante aditam hereditatem, faciendum cum quibuscumque personis et locis, communibus vel universitatibus, et maxime cum Bartholomeo, olim Nicolai de Gambacurtis, civi pisano, et ad ... etc ... La ribambelle ordinaire des pouvoirs donnés aux procureurs - répétition quasi textuelle de l'acte précédent: ...

Actum in capitulo domus monasterii suprascripti, posite in valle Gratiosa de Calci, pisani districtus, presentibus Petro Bonaviti de communi Ste Vite de Calci, et Puccetto Pauli Saracini de Monte magno pisani districtus, et Currado de Alamania famulo suprascriptorum fratrum et monacorum, testibus ad hec rogatis, Dominice incarnationis Anno millesimo trecentesimo nonagesimo nono, indictione sexta, decimo nona quinta julii secundum cursum et consuetudinem notariorum pisane civitatis (ex stylo ord. 1398, 25 Juillet).

Ego Michael

(Arch. cart. Pis. Original, parchemin, dont au moins la moitié n'existe plus, ayant été taillé dans toute la longueur, largeur de ce qui reste 0,153. millim. long. 0,448. — Sans cote dos n° 1964 celui de l. Inventaire. N° actuel des Armoires. — Sans une copie de cette procuration, qui se trouve dans un acte du 28 juillet 1399, qu'on verra plus loin, il m'eût été impossible de donner l'extrait qui précède.). —

(1398. st. ord.) 1397, 16 Août. — Le Prieur de la chartreuse de Calci prend possession de l'heritage de Lotto Gambacorte.

In etarni Dei nomine Amen. In hoc publico instrumento sit omnibus manifestum, quod venerabilis Pater Dominus Rafael olim Jacobi de Janua, prior monasterii et conventus beate Marie Virginis et beati Johannis evangeliste, ordinis Cartusiensis, siti in valle gratiosa de Calci, Pisani districtus, sindicus et procurator dicti monasterii etc... comme plus haut à la suite du testament de Lotto 5 oct. 1397.... volo esse heres suprascripti Lotti de Gambacurtis. Insuper venerabilis pater Dominus Raphael suprascriptus immediate post editam predictam hereditatem per eum dicto nomine coram me Michaele, notario infrascripto et testibus infrascriptis, de bonis dicte hereditatis publicum confecit inventarium; Dixit namque et confessus fuit se invenisse et esse in bonis suprascripte hereditatis suprascripti Lotti infrascripta bona, videlicet: Podere unum de Alica cum Rocha, positum in comitatu pisano in loco dicto Alica infra suos terminos et confinia confinatum; Et podere unum de Montecchio, positum in comitatu Pisano infra suos terminos et confinia confinatum: salvo et reservato jure sibi dicto nomine et dicto monasterio addendi et diminuendi huic inventario, si plus vel minus de bonis suprascripte hereditatis invenerit vel melius sciverit veritatem semel et pluries et quotiens opportunum fuerit. Et taliter me Michaelem, notarium infrascriptum, rogavit ut inde publicum conficerem instrumentum. Actum Pisis in apotheca posita sub palatio Residentie Dominii Pisanorum potestatis posito in capella Ste Ambrosii, presentibus ser Johanne notario filio olim Andree Coriarii de Campo, de capella Ste Nicoli (Agnoli?); et Parente Puccini forbiciario de suprascripta capella Ste Nicoli: et ser Guaspare notario, filio Johannis Matthei de capella

de capella Ste Leonardi de Pratescello, civibus pisanis, testibus ad hec vocatis pariter et rogatis, Dominice Incarnationis Annomillessimo trecentesimo nonagesimo nono, Indictione sexta, secundum cursum et consuetudinem notariorum Pisane civitatis, die sexta decima mensis Augusti. (In Arch. de 1398, 16 Aug.). —

Ego Michael, filius Francisci de Cascina, civis pisanus, Imperiali auctoritate notarius ac judex ordinarius, predictis omnibus et singulis, dum agerentur, interfui et ea rogatus scribere scripsi et publicavi et in hanc formam redegi. —

(Arch. Cart. Pis. Original, parchemin, larg. 0,316. millim. long. 0,222. — Sur le dos le n° 1965, celui de l'Inventaire, N° actuel des Armoires. — Ce parchemin a été froissé et est passablement effacé. On lit difficilement à certains endroits.). —

1398, 27 Août. — Accord entre la chartreuse de Calci et Barthelemy Gambacorte au sujet du testament de Lotto Gambacorte. —

In nomine Domini, Amen. Cum cause, lites et questiones verterentur et essent, seu verti et esse in futurum parerentur inter Priorem et conventum monasterii Sanctorum Marie et Johannis Evangeliste, de valle gratiosa de Calci, ordinis cartusiensis, Pisane Diocesis, ex una parte, et Bartholomeum, quondam Nicolai de Gambacurtis, de Pisis, ex parte alia: occasione legatorum, ut asseritur, factorum sibi Bartholomeo per Loctum, quondam Francisci quondam Coscii quondam Francheschini de Gambacurtis, civem pisanum. Dicebat namque idem Bartholomeus que Lotto dans son testament, fait à San Miniate "districtus florentini et Lucane diocesis, le 5 oct. 1397, lui avait fait un legs dont voici la teneur: "Item reliquit jure legati Bartholomeo Nicolai de Gambacurtis, de Pisis, medietatem pro indiviso omnium

possessionum

fossatorum et bonorum, istorum in territorio et comitatu pisano, quas dictus testator habet communes seu communia pro indiviso cum dicto Bartholomeo ». — Dans ce même testament Lotto institua les chartreux de Calci ses héritiers universels. — De plus, dans un codicille du 6 oct. 1397, le même Lotto dit encore : « Quod predictus Locteus, mente sanus et intellectu, licet corpore languens, illam partem et seu in illa parte et partibus duntaxat, que et seu quibus instituerat sibi universales heredes fratres et seu ordinem fratrum cartusiensium et seu quevis alia legata fecit, demit et de tali legato et seu de tali institutione infrascripta bona et res et pecuniarum et florenorum quantitates detraxit voluitque quod in dictis institutione et seu legato non veniant nec venire intelligantur et seu possint ipso infrascripta bona mobilia et res et seu pecuniarum et florenorum quantitates et summe dicti Locti codicillatoris existentes et existentia extra civitatem pisanam et jus territorium et districtum; sed hujusmodi codicillis reliquit et legavit viro famoso Bartholomeo, quondam Nicolai de dicti Gambacurtis, ibidem presenti et recipienti integra omnia et singula ipsius Locti codicillatoris bona mobilia et jura et omnes et singulas res et pecuniarum et florenorum quantitates et summas existentes et seu existentia et seu que quomodolibet existere dicerentur et seu inveniretur ubicumque et seu penes quemlibet et personam, locum, commune, collegium et universitatem extra videlicet civitatem et territorium Pisanum, et seu que dicto Locto codicillatori quomodolibet suo vel hereditario nomine dicti Coscii vel alterius persone vel alio nomine deberentur pure in diem vel sub conditione a quibuscumque personis, universitate vel loco existentia, ut supra dicitur, extra civitatem et territorium Pisanum, ac etiam actiones et jura talium creditorum et nominum supra legatorum! Et quod ipse Bartholomeus ipsas res et bona et jura legata possit habere, consequi et exigere, adita vel

non adita

non adita hereditate dicti Loctis, ipsaque bona legata mobilia etiam sua propria autoritate apprehendere; in aliis vero que in ipso testamento continentur ipsum testamentum penitus confirmando et prout sic vel aliter seu per similia vel equipollentia verba predicta reperiantur." ... A cela les chartreux répondent "... dicebant predicta legata, in eisdem testamento et codicillis inserta, eidem Bartholomeo non debere sibique nullum ex dictis testamento et codicillis jus esse vel competere et quod nulla prorsus efficax actio eidem Bartholomeo erat acquisita, eo maxime quia dicebant, quod dictus Loctus de predictis bonis testari vel codicillari non poterat, obstante testamento Coscii hui avi paterni, in que prefatus Coscius sibi heredem instituit dictum Loctum, et de infra etatem viginti annorum decesserit, substituit ordinem Cartusianum, prout de predictis plenius et latius continetur dans son testament du 12 sept. 1384 (A.d. 1388); cujus testamenti vigore dictus Loctus non potuit bona hereditatis dicti quondam avi sui avi, maxime quatenus excedunt portionem sibi, ut asseritur, debitam jure nature, alteri legare vel de eis disponere quovis modo, presertim cum ipse Loctus decesserit infra etatem viginti annorum, et omnia et singula hujusmodi bona remanserant in hereditate dicti Coscii et sic eumdem Bartholomeum a predictis legatis excludere nitebantur, ymo potius ab eodem Bartholomeo ... petere intendebant florenos septingentos auri, quos idem Bartholomeus ... post obitum dicti Locti de bonis hereditatis dicti Coscii exegerat etc. ... Mais voulant éviter un procès les parties font l'amical arrangement suivant. D. Raffael dictus Jacobi de Tanera, prior dicti monasterii, et nomine procurator pour cet effet par acte du 25 juillet 1398, et qui a déjà pris possession de l'héritage de Lotto le 16 août 1398, agit au nom de monastère. ... Ad infrascriptas conventiones, transationes et amicabiles compositiones et ad pacta infrascripta concorditer devenerunt

-nerunt... : 1° Dictus Dompnus Raffael, prior, indicus et procurator... et hereditario nomine dicte Locte... liberavit et absolvit prefatum Bartholomeum, presentem et stipulantem, a quantitate florenorum 350 auri de summa florenorum 700 auri quos prefatus Bartholomeus in terra Pontremuli habuit et recepit de bonis hereditatis dicti Colcii... et sibi promet de nichil amplius sibi reclamar à ce sujet.

2° Prefatus Bartholomeus... publice recognovit prefato Dompno Raffaeli... se ipsum Bartholomeum ab eodem D. Raffaele habuisse 3000 florenorum auri boni... ad pondus Lucanum, de pecuniis hereditatis dicti quondam Locte, pervenctis ad manus dicti D. Raffaelis et receptis in civitate Lucana a nonnullis debitoribus ~~debitoribus~~ dicte hereditatis.... il promet de ne jamais rien reclamer à ce sujet.....

3° Dictus D. Raffael... assignavit, dedit, tradidit... prefato Bartholomeo... cum inscriptis oneribus et reservationibus, illam medietatem integram, pro indiviso, que remansit in hereditate dicti quondam Locti, omnium et singularum terrarum et rerum immobilium et predium, que erant communia et communa inter ipsos Loctum et Bartholomeum, posita videlicet et posita in civitate et comitatu Pisarum..... Quod si dictus Bartholomeus quandocumque decederet sine filiis masculis, de matrimonio procreatis, dicta bona pro dicta medietate redeant et revertantur recta via ad prefatos priorem et conventum... de quibus possessionem sine aliquo impedimento de persone... Quod si... Katerina, mater dicti Bartholomei... superviveret dicto Bartholomeo sine filiis masculis decedenti, ipsa Domina Katerina habeat et habere debeat dicta bona ad usumfructum toto tempore vite absque aliqua cautione prestanda.... si vero dictus Bartholomeus decesserit, remanentibus ex eo filiis masculis, uno vel pluribus de matrimonio

nato vel

nato vel natis, tunc ipsa dimidia integra dictarum bonarum, quæ in hereditate dicti Locti remanserit, sit et esse debeat hujusmodi filii seu filiorum... libera et in totum, et tam in proprietate quam in possessione. Cæterum si quo tempore redire posset ad civitatem Pisarum et cum effectu ibi non retineretur gratia ibi habitandi, possit et valeat dare et solvere cum effectu toto tempore suæ vitæ eisdem fratribus et conventui ... florenos septingentos 700 auri boni ad pondus pisanum; et in casu quo solveret dictos florenos 700 auri dicta dimidia dictarum rerum, legata libera et ex toto et quoad proprietatem, et quoad usumfructum, ad prefatum Bartholomeum, et ad quoscumque suos vel extraneos dicti Bartholomei hæredes pertineant cum effectu. Les 700 florins une fois payés les biens ne sont plus grevés d'aucune charge. Moyennant ces conditions Barthelemy renonce à tout droit que pouvait lui donner le testament et le codicille de Lotto gambacorta. ...

4° Prefatus Bartholomeus pro dictis florenis 350 auri de summa florenorum 700 sibi remissis, et pro dictis florenis 3000 auri sibi cum effectu solutis, et pro dicta dimidia dictarum rerum sibi, cum dictis pactis ... et oneribus, assignata titulo presentis compositionis et pactorum, certificatus, ut dixit, de quantitate rerum hereditarium, tam in civitate pisana et ejus districtu existentium, quam rerum dicta hereditatis existentium extra dictam civitatem, Pisarum et ejus comitatum et districtum, et maxime certificatus de pecuniis et nominibus debitorum dicta hereditatis existentibus in civitate Lucana, ex sua certa scientia, predicti que supra in presenti pactorum contractu continentur ramanentibus in suo robore et vigore, remisit eidem D. Raffaeli, tam pro dicto conventu quam pro ordine Cartusiensi, stipulanti, omnia et singula jura sibi competentia et que competere possent vigore testamenti et codicillorum dicti Locti. Renemptians expresse omnibus et singulis

dictis

dictis Legatis... Et insuper... liberavit et absolvit dictum D. Raffaellem... a dictis legatis etc.....

5° et ultimo prefatus Bartholomeus promisit et convenit eidem D. Raffaeli ... se ipsum Bartholomeum facturum et curaturum, ita et taliter, omni exceptione remota, quod Domina Katarina, ejus mater, et Domina Maria, ejus uxor, renumptiabunt infra unum mensem proxime futurum, omnibus et singulis juribus et actionibus eis vel alteri earum competentibus in hereditate seu in bonis hereditatis dictorum Locti et Coscii, et presertim in rebus que dicto Bartholomeo vigore dictorum Legatorum debebantur.....

Suivent les renonciations et promesses d'usage. ad penam duplj. Et insuper dicti contrahentes juraverunt tolemnitter, et dedicti prefatus Bartholomeus corporaliter in manu mei notarii et prefatus Dompnus Raffael... antepositis sibi scripturis, predicta omnia vera ista eaque firma et rata habere, tenere et observare...

Actum Luce in domo mei... notarii, posita in Archivio sancti Christofori coram Kastruccio quondam Domini Ragazzini Saggine, ser Raffaele quondam Nicolai Baretti, et ser Francisco quondam Nicolai Pettinati, lucanis civibus, et aliis pluribus, testibus ad predicta omnia adhibitis et rogatis, Anno nativitatis Domini millesimo trecentesimo nonagesimo octavo, indictione sexta, die vigesima septima augusti, (1398. 27 Août) secundum usum et consuetudinem civitatis Lucane. —

Ego Dominicus, filius olim ser Tilippi Lazzardi, civis lucanus, publicus apostolica et imperiali autoritatibus notarius, autoritateque Cesarea judex ordinarius, predictis omnibus interfui, eaque rogatus scripsi et in publicam formam redegi, et ad fidem perpetuam premissorum me subscripsi et meum consuetum signum apposui ad fidem perpetuam premissorum. —

(Arch. Cant. Pis. Originaux, 2 exemplaires sur parchemin —

Le 1er, qui n'est pas déchiré au bas comme l'autre, larg. 0,503 millim. long. 0,540. sur le dos Lan° 1966, celui de l'Inventaire. Le 2e larg. 0,444 millim. long. 0,560. N'a pas sur le dos Lan° de l'Inventaire. N° actuel des Armoires). —

(1398. st. ord.) 1397, 2 oct. — Le Prieur D. Raphaël prend possession d'une maison, située à Pise église St-Sebastien, venant de héritage de Lotto Gambacorte. —

In eterni Dei nomine, Amen. Et hoc publico instrumento sit omnibus manifestum, Quod cum Lodus quondam Francisci quondam Coscii de Gambacurtis, de Pisis, de capella Ste Egidii sive Ste Sebastiani Kte, condiderit suum testamentum, rogatum a ser Jacobo notario, quondam ser Filippi de Ste Miniate A° D°e Inc° 1397, ind° 6a, die 5 mensis octobris, secundum consuetudinem civitatis Florentie: Et in dicto testamento ipse Lodus instituerit sibi universales heredes monasterium, conventum et fratres Cartusie de Pisis: Et fratres monasterii et conventus beate Marie Virginis et beati Johannis Evangeliste ordinis cartusiensis, site et posite in valle de Calci, Pisani comitatus, habentes notitiam de dicta institutione de se et dictis monasterio et conventu facta a dicto Lodo in dicto testamento, defuncto et mortuo dicto Lodo, fecerunt, constituerunt et ordinaverunt unum seu plures sindicos et procuratores ad adeundum hereditatem dicti quondam Lodi, ut per cartam inde rogatam a ser Michaele notario, filio Francisci de Calcina, cive pisano, D°e Inc° A° 1399, ind° 6a die 25a julii (st. ord. 1398, 25 juillet): Et sindicus constitutus a dictis fratribus, monasterio et conventu adiverit dictam hereditatem dicti quondam Lodi, ut patet per cartam inde rogatam a suprascripto ser Michaele notario D°e Inc° A° 1399, ind° 6a die 16 Augusti (st. ord. 1398.

(st. ord. 1398, 16 Août). Idcirco religiosus et honestus vir dominus Raffael
+ quondam Jacobi de Janua, prior, syndicus et procurator ad hec et
alia facienda suprascripti monasterii et conventus et fratrum, ut
de ipsius syndicatu et procura constat per cartam inde rogatam a
suprascripto ser Michaele notario, Dom^ce Ind^nis A^o 1399, ind^ne 6^a die
25^a julii (st. ord. 1398, 25 Juillet), dicto nomine sequens formam
capituli Constituti pisani, positi sub rubrica, de possessionibus injus-
te ablatis vel invasis, quod incipit: materiam seditionis amputare
cupientes, sua dicto nomine autoritate propria ingressus est et
fecit possessionem, et tenere intra cetera bona hereditaria dicti
Locti, et que per ipsum Loctum possidebantur tempore mortis sue
Lotti unius terre cum duabus domibus, orto, claustro, puteo, per-
gula, arenciis et aliis fructibus superse, positi Pisis in capella
Ste Sebastiani Kce, ivo Ste Egidii, et tenet unum caput in carra-
ria Ste Egidii, aliud caput in terra cum domibus olim supras-
cripti Locti, et nunc suprascripti monasterii, latus unum in terra
cum domibus Laurentii Bindacchi, aliud latus in terra cum dom-
ibus olim suprascripti Locti et nunc suprascripti monasterii, vel
si que alii sunt ipsius petii terre cum domibus confines: In quo
petio terre cum domibus stare et habitare solebat suprascriptus
Loctus tempore vite sue: Insistendo in ipso petio terre cum domi-
bus, et ascendendo et descendendo hostia dictarum domorum. Et taliter
me Johannem, notarium infrascriptum, ut de predictis publicum
conficiam instrumentum, dictus Dominus Raffael dicto nomine rog-
avit. — Actum Pisis, in suprascripto petio terre cum domibus vide-
licet in solario dictarum domorum, presentibus Lotto quondam
Ugolini Spetiario de capella Ste Cassiani Kce, et Geraldo quondam
Nuccii Feminelle de capella Ste Egidii, testibus ad hec rogatis Domi-
nice Incarnationis Anno millesimo trecentesimo nonagesimo octavo,
Indictione septima, die secundo mensis octobris. — (st. ord. 1398, 2 oct).

Ego Johannes

Ego Johannes, olim Andree Coriarii, civis pisanus, Imperiali autoritate notarius et judex ordinarius predictis interfui et ea rogatus scribere scripsi et hic publicavi. —

(Arch. cant. Pis. Original, parchemin, larg. 0,229. millim. Long. 0,315. — Sur la Dos la n= 1967, celui de l'Inventaire, et « Camp. H. 292 ». N= actuel des Armoires). —

(1398. St. ord.) 1399, 2. oct. — Le prieur D. Raffael prend possession de la même maison et des biens d'Alica. —

In eterni Dei nomine, Amen. Et his publicis instrumentis sit omnibus manifestum, Quod religiosus et honestus vir Dominus Raffael, olim Jacobi de Janua, prior monasterii beate Marie Virginis et beati Johannis Evangeliste, ordinis Cartusiensis, Vallis gratiose de Calci, necnon sindicus et procurator, ad hec et alia facienda, dicti monasterii et conventus per cartam dicti sindicatus inde rogatam a ser Michaele notario, filio Francisci de Cascina, Dom= Inc= A= 1399, ind= dìe 25= julii (St. ord. 1398, 25 Juillet), dicto sindicatus et procuratorio nomine, pro dicto monasterio et conventu ejus, cum ipsum monasterium et conventus et fratres fuerint instituti heredes a Docto, quondam Francisci quondam Colcii de Gambacurtis, de Pisis, per suum ultimum ultimum testamentum, ab eo conditum et rogatum a Jacobo, quondam ser Filippi de Sto Miniato, notario A= Dom= Inc= 1397, ind= 6= dìe 5= mensis octobris, secundum cursum et consuetudinem notariorum civitatis Florentie: Et ipsum monasterium habens notitiam necnon conventus et fratres ipsius monasterii habentes notitiam de institutione de se facta in dicto testamento, fecerunt et constituerunt sindicum et procuratorem una cum certis aliis suprascriptum Dominum Raffaelem, priorem, ad adeundum hereditatem suprascripti Docti, ad dictum monasterium, conventum et fratres ex dicto testamento devolutam, ut patet

per supra.

per suprascriptam cartam sindicatus: Et dictus Donnus Raffael dictam hereditatem adivit, ut patet per cartam dicte additionis inde rogatam a suprascripto ser Michaele notario, Dom.ce Inc.is A.o 1399, ind.e 6.a die 16 augusti (lt. ord. 1398, 16 août) secundum cursum et consuetudinem notariorum Pisane civitatis; Et cum dictus Loctus heres fuerit institutus a suprascripto Coscio, olim avo suo paterno, per suum dicti Coscii ultimum testamentum, ab eo conditum et rogatum a ser Nocheo notario, olim ser Bonaventuri notarii de Lavaiano, Dom.ce Inc.is A.o 1389 ind.e XI.a die 12.a septembris (lt. ord. 1388, 12 sept.); Et ipse Loctus se immiscuerit hereditati dicti Coscii, olim avi sui, et ipsam adierit, ut ipse Donnus Raffael dicto nomine dixit et asseruit coram me Johanne, notario infrascripto, et testibus infrascriptis: Sequens forman capituli constituti, positi sub rubrica De possessionibus injuste ablatis vel invasis, quod incipit: materias seditionis amputare cupientes..., sua dicto nomine autoritate propria ingressus est possessionem et tenere petit unius terre cum domibus duabus, orto claustro, puteo, pergula, arenciis et aliis fructibus superse, positi Pisis in capella Ste Sebastiani K.ce etc.. comme dans le document précédent, il y a cependant... aliud latus etiam in terra cum domibus supradictorum Coscii et Loctis, nunc supradicti monasterii.... in quo petio terre cum domibus stare et habitare solebat supradictus Coscius et post ejus mortem Loctus nepos ejus: insistendo in ipso etc..... Actum Pisis.... comme au document précédent 1398, 2, ol secundum cursum notariorum Pisane civitatis.

Et totius fodderis et castri vocati castri Alice, positi in curibus Comunis Alice, cum omnibus juribus, pertinentiis, adjacentiis supradicti fodderis et castri; Et cum omnibus domibus, pratis, campis, vineis, fructibus, bosco sive ramore et aliis supra

se posid

se positis in suprascripto comuni, Et spectantibus et pertinentibus
dere!
ad dictum poderem et castrum quantumcumque ipsum podere
et castrum sit per mensuram, et qualitercumque et quomodo-
-cumque sit confinatum: et ubicumque tam in dicto castro quam
extra domus predicte sint site et posite: Intrando corporaliter
ipsum castrum Alice per portam muri dicti castri, necnon
per portam muri rocche superioris dicti castri: Et ascendendo
scalas lapideas domus superioris, in qua habitare solitus est
Coscius Gamba curta tempore ejus vite, et post ejus mortem
Loctus, nepos suus suprascriptus: Et claudendo et aperiendo
hostia dicti castri videlicet primi muri et secundi muri rocche
superioris dicti castri: Et hostia omnia domus olim suprascripto-
-rum Coscii et Locti: Necnon hostia certarum domorum con-
-vicinarum et comexarum toro Rocche superioris predicte:
Necnon hostia certarum aliarum domorum, sitarum circumcirca
castrum predictum, olim spectantium et pertinentium ad Cos-
-cium et Loctum predictos et nunc ad monasterium suprascriptum
inde
Et taliter me Johannem notarium suprascriptum, ut de publi-
-cum conficerem instrumentum rogavit. Actum in suprascripto
loco et quolibet eorum, presentibus presbitero Puglese, quondam
Vannis, rectore ecclesie sanctorum Marie et Jacobi site in
dicto castro: Iodino, quondam Narduccii de Luerto, factore
olim Coscii et Locti suprascriptorum, habitante in dicto castro
in domo olim suprascriptorum Coscii et Locti: et Johanne,
quondam Vannis de Montepulciano, nunc habitante in dicto
castro: fratre Antonio Amidei, fratre et converso dicti monas-
-terii cartusiensis, testibus ad hec rogatis. Anno, indictione die
secundo mensis octobris secundum cursum et consuetudinem
notariorum pisane civitatis. (en st. ord. 1398, 2 oct.)

Ego Johannes, olim Andree Coriarii, civis pisanus etc. comme au
n° précédent.—

(Arch. cart. Pis. Original, parchemin très effacé, que je n'aurais pu lire sans le suivant. Larg. 0,384 millim. Long. 0,192. Sur le dos le n° 1968, celui de l'Inventaire, N° actuel des Armoires.)

(1398. st. ord.) 1399, 9 oct. — Le Prieur Dom Raphael prend possession d'une maison à Calcinaria et des biens de Montecchio, venant de l'héritage Gambacorte. —

In dorni Dei nomine, Amen. Ex his publicis instrumentis sit omnibus manifestum, Quod religiosus et honestus vir Dominus Raffael, olim Jacobi de Janua, prior monasterii B. Mariæ Virginis et Beati Johannis Evangelistæ etc.... de verbo ad verbum comme le document precedent....

.... sua, dicto nomine, autoritate propria ingressus et possessionem et tenere instrascriptorum petiorum terrarum, domorum et bonorum, hereditariorum, suprascriptorum, coscii et post ejus mortem loci, ejus nepotis et heredis predicti instituti ut supra: Petii unius terre cum duabus domibus superpositi, positi in castro Calcinarie, et solariatis duobus solariis et cum puteo, positis in via publica ante ipsum petium terre cum domibus, et tenet unum caput in via, aliud caput in terra cum casalino Johannis Pacchie et Pieri et Tomasi germanorum, civium pisanorum, latus unum in via, aliud latus .. (laissé en blanc) ... vel si qui alii seu alitar sunt ejus consortes; Aperiendo et claudendo hostia dictarum domorum per vectes ipsorum hostiorum. Et talitar me Johannem, notarium suprascriptum, ut in publicum confice[re]m instrumentum rogavit. Actum (in) suprascripto petio terre cum domibus, presentibus presbitero Fanuccio, quondam Betti de Calcinaria, rectore altarium sanctorum Petri et Nicolai, sitorum in plebe communis Calcinarie: et Todino, quondam Narduccii de Luperto, de communi Alice, comitatus Pisani: et Piero Bacciamei de communi

Calcinarie

Calcinarie, testibus ad hec rogatis, Dominice Incarnationis Anno millesimo trecentesimo nonagesimo nono, indictione septima die nono octobris, secundum consuetudinem notariorum Pisane civitatis. (en st. od. 1398, 9, octobre). —

Et totius poderis tam campestris quam pratati, tam paduletti quam buscati, positi in confinibus Communis Montecchii quod olim vocatum fuit Podere Coscii Gambacurte: cui ab uno latere est Arnus, ab alio Comune Montis Calvuli, ab alio partim archiepiscopatus Pisanus et partim ecclesia sancti Maximiliani de Lupeta, ab alio Comune Bientine cum suis confinibus: Et est per mensuram staiora quinquemilia, vel quantumcumque sit per mensuram, vel si qui alii sue alii sunt ejus confines; necnon ingressus et possessionem et tenere juris et nominis aque Arni defluentis juxta suprascriptum Podere: quod jus tale esse dixit, videlicet, quod nullus poterat olim portum facere contra voluntatem suprascriptorum Coscii et Locti; et nunc nullus potest contra voluntatem suprascripti monasterii, instituti: intrando et ambulando corporaliter eques per flumen Arni, et eundo per ipsum Podere eques usque ad domos dicti Poderis, sitas super ipso podere: Et intrando et exeundo suprascriptas domos terrestras coopertas plastris partim et partim embricibus: Et deambulando super ipsum Podere et ipsum Podere suis pedibus calcando, et erbas non fructiferas evellando, dicens: Ego sindicus suprascriptus, dicto nomine, sumbrerat Locti de Gambacurtis, olim heredis Coscii de Gambacurtis, olim Dominorum hujus Poderis. Et talitur me Johannem, notarium infrascriptum, ut inde publicum conficerem instrumentum, rogavit. Actum in suprascriptis locis et quolibet eorum, presentibus suprascriptis testibus ad hec rogatis, suprascriptis anno, indictione et die (1398, 9 oct.)

Ego Johannes

Ego Johannes, olim Andree Coriarii, civis pisanus, imperiali auctoritate notarius atque judex ordinarius, predictis interfui et ea rogatus scribere scripsi et hic publicavi.

(Arch. Cant. Pis. Original, parchemin, larg. 0,173. millim. long. 0,395. — sur la dosse n° 1989, selon de l. Inventaire, N° actuel des Armoires.).

(1398. St. ord.) 1399, 5 Nov. — Le Prieur D. Raphael confie pour un an la garde du château d'Alica à Todinus de Ludorto

In nomine Domini, Amen. Et hoc publico instrumento sit omnibus manifestum, Quod Todinus, olim Narduccii de Ludorto, presente et consentiente Domina Johanna, olim Jannis de Boncontibus de Capella Ste Sebastiani Ucc, et relicta Coscii olim Francisci de Gambacurtis, earum me Michaele notario infrascripto et testibus infrascriptis, positis ad standum et morandum, pro familio et familiari cum Domno Raffaele, olim Jacobi de Janua, priore monasterii carthusie de Calci, pro ipso monasterio et fratribus et monacis ipsius monasterii recipiente, ad serviendum dicto monasterio et fratibus et monacis ipsius monasterii et quibuscunque prioribus, procuratoribus, vicariis et aliis officialibus ipsius monasterii, in omnibus negotiis, gestionibus et administrationibus et servitiis ipsius monasterii et bonorum ipsius monasterii, et ad ipsum monasterium, spectantibus et pertinentibus, pro uno anno incepto die sexto decimo mensis septembris proxime preteriti, et finiendo et inchoatur: Et per solempnem stipulationem, suprascriptus Todinus convenit et promisit suprascripto domno Raffaeli, priori suprascripto recipienti ut supra, stare et morari cum suprascripto Domno Raffaele, priore suprascripto, pro suprascripto monasterio et cum fratibus et monacis ipsius monasterii, toto suprascripto tempore, et facere et adimplere et executioni mandare sollicite et cum

et cum effectu totum et quicquid sibi fuerit impositum, precaptum et injunctum per suprascriptum D. Raffaelem et per quoscumque alios officiales ipsius monasterii et per fratres, monacos et conversos et alios habentes baliam ab eis de suprascripto monasterio, in quibuscumque negotiis, quocumque nomine censeantur, sibi injungendis, ut supra fertur: Et ab eo quod sibi fuerit injunctum non cessare in toto suprascripto tempore et termino: Et custodiam Castrum Alice et per vigilem custodiam adhibere in suprascripto Castro legaliter et fideliter: nec esse in aliquo consilio vel consensu quod suprascriptum monasterium et conventus vel suprascripti fratres et monaci ipsius monasterii et conventus patiantur aliquod damnum vel dedecus in rebus vel personis. Et si viderit aliquem illud facere dissimulabit, si potuerit, et si non potuerit, suprascripto D. Raffaeli priori vel cuicumque alteri de familia suprascripti monasterii et conventus vel eorum amicis et defensoribus statim manifestabit. Et quod quascumque possessiones, res et bona, quas et que laborarit, sitas et sita in territorio Castri suprascripte Alice, pro suprascripto monasterio et conventu tenebit et laborabit: Et quod omnes res et bona, que de ejus manus pervenient de bonis suprascripti monasterii et conventus, bona fide custodiet et de ipsis ad omnem requisitionem, beneplacitum et voluntatem suprascripti D. Raffaelis prioris vel cujuscumque alterius .... reddere monstrare, reddi et monstrari et ostendi facere veram, puram et simulatam rationem, calculum et ratiocinium suprascripto monasterio et conventui. Que quidem omnia et singula suprascripta et quodlibet eorum suprascriptus Dominus ... convenit et promisit suprascripto Raffaeli ... adimplere, facere et observare ... Aliquin pena, dupli etc.... Quare suprascriptus Dominus Raffael prior ... convenit et promisit suprascripto Todino eum tenere in toto suprascripto tempore pro famulo suo et

suprascripti

suprascripti monasterii ... et ei dare et solvere ... pro ejus salario et mercede ... in fine dicti anni, totum et quicquid declarabit et dicet Domina Johanna, relicta Coscii de Gambacurtis, ad hoc a suprascriptis partibus electa, pronus et acceptans : Et ei et toti familie ejus, quantacunque fuerit, dare et tradere victum, condecentem videlicet, panem, vinum et alia que sunt necessaria ad vitam hominis congruentes ... Alioquin panam stipulata ...

Actum Pisis in domo olim suprascripti Coscii de Gambacurtis et nunc fratrum Cartusie de Pisis, posita in capella Ste Sebastiani Kce, presentibus ser Guilielmo, Domini Johannis de Firmo, habitante nunc Pisis in suprascripta capella Ste Sebastiani : et Nicolo olim Johannis, tintore de suprascripta capella Ste Sebastiani Kce, testibus ad hec vocatis specialiter et rogatis, Dominice Incarnationis Anno millesimo trecentesimo nonagesimo nono, indictione septima, die quinta novembris. (En st. ord. 1398, 5 Nov.)

Ego Jacobus, filius magistri Andree quondam Lippi, pisanus civis, publicus imperiali auctoritate notarius et judex ordinarius predicta omnia et singula, prout in actis ser Michaelis notarii, filii Francisci de Cascina, pisani civis, invenit, ita hic ejus parabola et mandato scripsi et publicavi. —

(Arch. Cart. Pis. Original, parchamin, larg. 0,183 millim., long. 0,390, sur le dos la n° 1970, celui de l'Inventaire. — N° actuel des Armoires.)

(1398. st. ord.) 1399, 5 N.v. — Jeanne de Boncontibus, veuve de Coscio Gambacorte, nomme un procureur pour déclarer qu'elle n'est pas héritière de son mari ni de son petit fils Lotto.

In dei nomine, Amen. Ex hoc publico instrumento sit omnibus manifestum, Quod Domina Johanna, olim Jannis de Boncontibus, de capella Ste Sebastiani Kce, et relicta Coscii olim Francisci Gambacurte, cum ad ipsius Domine Johanne nuper notitia perveneret, quod

quod Bartholomeus Baccionsi et Andreas Datè dixerint in
judicio in curia Domini Pisane Potestatis, quod ipsi recognoscunt
ab ipsa Domina Johanna et ei tolverunt affictum, quod Lodinus
ad Luberto, non tanquam conductor, sed ut famulus ipsius Domine
Johanne, laborat de bonis olim Coscii, prout hec et alia plene
constare dicitur in actis dicte curie: Omni jure, via, modo et
forma, quibus melius et efficacius potest, non revocando propterea
ullos alios procuratores per eam usque hodie factos nec ullum aliud
mandatum, sed potius confirmando, fecit, constituit et ordinavit
suum procuratorem et certum nuntium, specialem ser Johannem
notarium, olim Andree Coriarii, absentem tanquam presentem,
ad comparendum pro ea et ejus vice et nomine et sua personalitèr
prosequendum coram Domino Pisana Potestate et ejus curia,
et ad dicendum et asserendum, pro ipsa Domina Johanna,
quod ipsa Domina Johanna tam a suprascripto famulo quam
a laboratoribus suprascriptis fuit, temporibus nominationis ipsius
recognita non tanquam hares suprascriptorum Coscii et Lotti,
sed Domina Vel quasi, possessor vel quasi bonorum, hereditario-
rum suprascriptorum; sed vigore prelatite administrationis,
cum in vita suprascripti Lotti, olim, nepotis sui et filii olim
Francisci olim filii suprascripti Coscii et ipsius Domine Johan-
ne, Ipsa Domina Johanna fuit recognita tanquam tutrix
et curatrix et administratrix simul cum aliis tutoribus et
administratoribus dicti Lotti: Et post mortem dicti Lotti non fuit
recognita a predictis seu aliquo predictorum ratione juris, domi-
nii vel quasi seu tutele vel cure: sed talitèr qualitèr gestrix
et administratrix negotiorum, hereditariorum dictorum Coscii
et Lotti, hereditatibus predictorum jacentibus cum negotia
sunt connexa et conjuncta. Insuper constituit dictum ser
Johannem ad dandum et asserendum, quod ipsa Domina Johanna
post mortem

post mortem dicti Lotti, adita hereditate, ut dicitur, ipsius Lotti, seu aditis hereditatibus suprascriptorum Consilii et Lotti a monasterio Cartusie de Pisis, seu a legitimo sindico per ipsum monasterium constituto, fuit recognita pro ipso monasterio, instituto herede a suprascripto Lotto, olim nepote suo, per suum ultimum testamentum, et non aliter vel alio modo. Et cum ad ipsam non spectet de dictis bonis et juribus decertare, cum non sit domina vel quasi, nec possessor vel quasi, nominationes prosequi non intendit; sed eis cum suprascripto monasterio, prout hebet, seu melius de jure potest. Insuper suprascripta Domina Tohanna fecit... suum procuratorem... generalem suprascriptum videlicet Tohannam... ad omnia ejus negotia gerenda et tractanda, que nunc habet et in antea habitura: et ad omnes et singulas lites, causas et questiones, quas ipsa Domina Tohanna nunc habet et in antea habitura quibuscunque modis et nominibus, quacunque occasione et causa, cum quacunque persona et loco, comuni, collegio et universitate, et coram quocunque judice tam ecclesiastico quam seculari et civili; dans et concedens in omnibus et singulis, ipsi procuratori et procuratoribus quocunque modo et nomine ad eam, plenam, liberam et generalem administrationem, cum plano et libero et generali mandato etc..... Actum Pisis in domo olim suprascripti Consilii etc.. comme au document précédent, mêmes témoins..

I. D. A° 1399, ind° 7ª die 5ª Novembris (in stilo 1398, 5 Nov.)

Ego Michael, filius Francisci de Cascina, civis pisanus, imperiali autoritate notarius atque judex ordinarius, predictis omnibus et singulis, dum agerentur, interfui, et ea rogatus scribere scripsi et publicavi et in hanc publicam formam redegi. —

(Arch. cart. Pis. Original, parchemin, larg. 0,192, millim. long. 0,352. Sur le dos le n° 1971, celui de l'Inventaire. N° actuel des Armoires.)

1399, 28 Juillet. — Commencement de compromis, fait par les Auditeurs des causes du palais Apostolique, entre la chartreuse de Calci, d'une part: et Nicolas de Gualandis et Jeanne de Ste Cassiano, petits fils de Coscio Gambacorta, d'autre part: au sujet de l'héritage dudit Coscio. —

J'ai dit commencement de compromis, car la sentence ne se trouve pas à la fin, mais est différée. J'ai pris le principal de cet interminable document. —

In Christi nomine, Amen. Anno a Nativitate ejusdem 1399e Indictione septima, Pontificatus SSmi... Bonifacii pape IXi anno 10o, In reverendissimi in Xto Pris et D.D. Cosmate... tituli Ste Crucis in Jerusalem presbiteri cardinalis, mei notarii et testium infrascriptorum, presentia, constituti egregius legum doctor Dominus Petrus de Lancis, de Pisis, Advocatus consistorialis, procurator et procuratorio nomine egregii ac nobilis militis Domini Petri quondam Domini Raynerii Vicecomitis de Gualandis, de Pisis, et Nicolai, ejusdem Domini Petri, (de Gualandis) nati: necnon Johanne, uxoris Luce, ejusdem Domini Petri (Lancis) nate, procur de ipsius Domini Petri (de Gualandis) mandato constat per publica instrumenta scripta manu Antonii, filii quondam Gardonis de Calci..notarii (1399, 8 mars et 1398, 12 nov.), ex una et pro una parte: Et venerabiles et religiosus vir frater Raffael, olim Domini Jacobi de Jamera, prior monasterii et conventus Bte Marie Virginis et beati Johannis evangeliste, ordinis cartus... pro se ipso et eorum monasterii et conventus procurator et nomine procuratorio de cujus mandato plene constat per publicum instrumentum .. rogatum per Michaelem de Casina..notarium etc... (1398, 25 juillet). — Viennent ensuite dans leur entier ces longues procurations — 1o celle de Pierre de Gualandis et de son fils Nicolas, qui choisissent comme procureurs pour défendre leurs

droits

droits contre les chartreux « faciunt procuratores Petrum Lancis, de Pisis, in Romana curia advocatum, ... magistrum Johannem Iunck et Arnoldum de Mogen in Romana curia procuratores ... » les témoins de cet acte sont Legum doctores Benedictus de Plumbino, Lotto de Moricottis, et Gerardus de Favulia, cives Pisani. Actum Pisis in domibus curiarum .. D. I. a° 1399, ind° 7a, die 8 martii. Antonius quondam Gardonis de Calci notarius. —

2e Procuration, celle de Jeanne de Ste Casciana, femme de Luc Lancis, qui choisit les trois mêmes procureurs, outre le 1er Pierre Lancis et son beau père. Actum Pisis in d° habitationis Petri et Luce Lancis, posita in capella Ste Petri in Palude D. I. A° 1399, ind° 7a 12 nov. (ou st. ord. 1398, 12 nov.) Même notaire Antoine de Calci.

3e Procuration. — Les chartreux de Calci nomment trois procureurs, entre autres le prieur D. Raffael, pour accepter ou refuser l'héritage des Gambacurtis. J'ai mis plus haut cette procuration. Actum in capitulo d° monasterii .. D. I. A° 1399, 25 julii (st. ord. 1398, 25 Julii). —

4e Procuration. — Le Prieur des chartreux de Calci D. Raffael « procuratorio nomine fecit, substituit et subrogavit dominum Robertum de Neapoli, monachum ordinis Cartusiensis, generalem procuratorem totius ordinis cartusiensis, commorantem in curia Romana, et dominum Robertum de Novaria, commorantem in curia Romana, nos et suprascripti monasterii sindicos, procuratores gestores et responsales ... Actum Pisis in apotheca posita sub palatio residentie Domini Pisane potestatis .. I. D. A° 1399, ind° 7a die 18 martii. Michael filius Francisci de Casina notarius. —

... super omni lite, differentia, causa, controversia seu questione inter predictos monasterium et conventum, ex parte una, nec non Nicolaum et Johannem, ex aliis partibus, vertenta seu que verti posse speratur ratione et occasione hereditatis et bonorum quondam Cosci de Gambacurtis, ad victorum Nicolai et Johanne

et super omni

et super omni eo quod ipsi Nicolaus et Johanna quomodolibet petere possent in bonis et de bonis et hereditate dicti quondam Coscii ... melioribus modo, via, jure et forma, quibus melius et validius potuerunt, animo premeditato ac sponte, solempni stipulatione inter dictas partes ad invicem interposita, compromiserunt et compromittunt fecerunt in vnos vros Domini sacri palatii Apostolici Causarum Auditores ... tanquam in arbitros arbitratores et amicabiles compositores ..., dantes et concedentes dictis Dominis Auditoribus ... plenam, liberam et omnimodam potestatem ... arbitrandi, decidendi et diffiniendi ... prehabita facti narratione prout vera in quadam cedula de communi procuratorum consensu apud dictum Rmum D. existente ... tenoris inferius scripti videlicet:

N. Facti accidencia sic ponitur ... Coscius de Gambacurtis, civis pisanus, habuit quatuor filios legitimos et naturales, videlicet: Franciscum et Johannem, Gamman, et Thoram; que Gamma nupta fuit nobili viro et militi Domino Petro de Gualandis, cui dictus Coscius dedit prodote dicte Gamme libras quingentas et pro augmento ejusdem dotis alias quingentas libras, et pro falsorno alias libras mille monete pisane: que libre duo milia faciebant florenos auri quingentos septuaginta duos et ultra (2000 liv. = 572 flor.); ex quibus conjugibus natus fuit Nicolaus. Dicta vero Thora nupta fuit nobili viro, Saltem, ex privilegio imperiali, Georgio, filio Francisci de Sancto Cassiano, qui tamen mercator erat tempore contracti matrimonii, et Dominus Petrus predictus multum nobilior eo et dictus Georgius multum ditior dicto Domino Petro: cui dictus Coscius dedit prodote florenos auri quadringentos (400 flor.): ex quibus conjugibus nata fuit Johanna, eorum filia legitima et naturalis: predicta vero Gamma decessit, relicto post se dicto Nicolao filio suo; et dicta Thora etiam, decessit, relicta post se dicta Johanna filia sua; deinde decessit dictus

Franciscus

Franciscus, relicto post se Lotto, filio suo legitimo et naturali; Et demum decessit dictus Johannes, relictis post se duabus filiabus illegitimis. Postea dictus Coscius fecit ultimum suum testamentum in quo legavit dictis filiabus illegitimis dicti Johannis, pro dote cujus cujuslibet ipsarum, florenos quingentos auri: Dicto vero Nicolao, nepoti suo, legavit libras decem monete pisane; et dicte Johanne neptì sue, legavit alias libras decem ejusdem monete pisane; In omnibus autem suis bonis aliis sibi heredem instituit dictum Lottum, nepotem suum. Post que dictus Coscius decessit, relictis post se dicto Lotto et Nicolao, nepotibus suis, necnon dicta Johanna, neptè sua, que Johanna tempore mortis dicti Coscii non erat nupta nec a dicto Coscio, avo suo, dotata; Lottus vero predictus hereditatem predicti testatoris, post ejus obitum, et dicto testamento quatenus de jure potuit, per se vel aliam legitimam personam pro eo, adivit et ejus bonis se immiscuit et pacifice per annos novem possedit; et postea factus annorum quindecim suum condidit testamentum, in quo sibi heredem universalem instituit convantum et fratres ordinis carthusiensis de Pisis, et postea mortuus fuit in castro Sancti Miniatis, Volterranensis diocesis; Deinde sindicus dicti conventus adivit hereditatem dicti Lotti et bonorum possessionem apprehendit: modo presupposito quod dictus Coscius tempore matrimonii inter eos contracti habebat in bonis ad valorem viginti millia florenorum vel circa. Dubitatur utrum dictus Nicolaus nepos dicti Coscii, et Johanna predicta, neptis ejusdem, possint de jure etiam separatim, quilibet eorum pro se, dictum testamentum impugnare vel nullum dicere, et tertiam partem hereditatis et bonorum dicti Coscii dicta Johanna, et aliam tertiam partem dictus Nicolaus petere et consequi possint, vel quam portionem vigore testamenti ultimo condito a dicto Coscio, et dicto testamento ultimo condito a dicto Lotto... Pro quo sunt date citationes

interim-

interminables de textes de loi juives et romaines, de visa et visis allemands, qui me demanderaient trois ou quatre pages d'écriture. Enfin après le dernier visa, le texte continue .. « Hinc ad totum mensem Julii proxime futurum ... dicti compromittentes per solemnem stipulationem ... bona fide et sub pena mille florenorum dont moitié pour la chambre apostolique, et moitié pour la partie fidèle et obéissante : d'autenticam, arbitrium, Laudum seu dacionem ipsorum Dominorum Auditorum observanti .. Et promiserunt solempnitate ut alla et obbare ratum, gratum et firmum habere et tenere et observare ... quidquid per dictos Vros viros Auditores arbitros arbitratores ... hinc usque ad octavum dicti mensis julii inter dictas partes statuerint ... pronunciaverint et declaraverint ... et de ne pas appeller de la sentence et autres promesses Acta sunt hec Rome in domo residentie prefati Domini Cardinalis Bononiensis, posita juxta sanctum Laurentium in Damaso die Lune vicesima sexta mensis maii (1399, 26 Mai) .. Deinde, Anno, indictione et pontificatu quibus supra, die vero mercurii vicesima quinta junii (25 juin 1399) in mei notarii publici et testium infrascriptorum presentia constitutis Petrus de Pisis, ex una, et frater Raffael procuratores hujusmodi et predictis procuratoriis nominibus quibus supra, ex altera, advertentes, et asserverunt, per prefatos Dominos Auditores ... in premisso negotio sive compromisso nondum quicquam fuisse determinatum ... idcirco sponte et libere .. ex certa eorum scientia dictum compromissum, .. usque ad totum mensem julii proxime futurum prorogaverunt (tesmoins le Cardinal Cosmas son cubiculaire et son Chapelain). Postremo, Anno indictione et pontificatu quibus supra, die Lune vicesima octava mensis Julii (1399, 28 Juillet), dicti ... procuratores, procuratoriis nominibus quibus supra, dictum compromissum, prout superius

ut

est expressum et prorogatum, in eosdem Dominos Auditores usque et per totum mensem octobris proxime futurum, denuo prorogaverunt ac habuerunt et habere voluerunt pro prorogato. Acta sunt hec Rome in domo residentie dicti Domini Cardinalis in camera mei notarii publici infrascripti, presentibus honestis viris Dominis Johanne de Bocholt, decano ecclesie sanctorum Apostolorum coloniensis, Johanne de Goch, decano Marsburgensi, et Johanne de Nussia, apostolici palatii causarum notario, clerico coloniensis diocesis, testibus ad premissa vocatis specialiter et rogatis.

Et Ego Bartholomeus Francisci de Lacapra de Tremona, publicus apostolica et imperiali auctoritatibus notarius, quia premissis collationi compromissi ejusdemque prorogationibus ac omnibus aliis et singulis suprascriptis, dum sic ut premittitur agerentur et fierent, una cum prenominatis testibus presens fui, eaque sic fieri vidi et audivi, ideo hoc presens publicum instrumentum per alium, me diversis prepedito negociis, fideliter scriptum, ex inde confeci, publicavi, autentizavi, auscultavi et in hanc publicam formam redegi, signoque tabellionatus ac nomine meis solitis et consuetis signavi rogatus et requisitus in fidem et testimonium omnium et singulorum premissorum. Rasura vero istorum verborum «pacifica per annos non impeditus» et «postea factus annorum quindecim» que est in quatuordecima linea juxta finem linee non vitio sed errore factam approbo. —

(Arch. cart. fil. Original, parchemin, larg. 0,635 millim., long. 0,754. Sur le dos le n° 1978, celui de l'Inventaire, n° actuel des Armoires. Ce document a 160 lignes, dont chacune remplirait cinq lignes de ce papier, soit 800 lignes ou 23 pages.). Est effacé à certains endroits. —

(1399. St. ord.) 1400, 23 oct. — D. Jean Berti procureur loue pour 4 ans, à Jean Macchaionis, deux pièces de terre à Ghezzano, l'une de 300 stariora, l'autre de 100: pour le tiers des fruits la 1re année, et 35 staria de grain chacune des 3 (autres)

In dei nomine, Amen. Domus Johannes quondam Berti de Luca, monacus, indicus et procurator, ad hec et alia facienda, monasterii et conventus sanctorum Marie et Johannis Evangeliste, ordinis Cartusiensis, de Calci, per cartam dicti indicatus rogatam a ser Michele notario ... die 25 julii (St. ord. 1398, 25 Julii, voir plus haut) ... locavit et locationis titulo dedit et firmavit Johanni, quondam Domini Benedicti Macchaionis, civi pisano vocato Gotalle, patium unum terre campie, positum in confinibus comunis Ghezani, in loco dicto al piano del Rogghio, et tenet unum caput in via, aliud caput in flumine Rogghii, latus unum in via, aliud latus in terra Bartali Pauli de comuni Ghezani ... et est per mensuram stariora trecenta vel quantumcumque est per mensuram; — Et Patiem unum terre campie, positum in supradictis (confinibus oublié), in loco dicto Volpaio, et tenet unum caput in via, aliud caput in flumine Rogghii, latus unum in terra Francisci de Vivario, aliud latus in terra Piori Baccionis de Lebbiano ... et est per mensuram stariora centum ... ad habendum, tenendum, laborandum et in suum commodum faciendum, a festo Ste Marie mensis Augusti proxime preteriti, ad annos quatuor proxime venturos pro infrascripto affictu indebitando et solvendo ut infra dicitur ... suivent les promesses que fait D. Jean Berti ...

Quare supradictus Johannes (le locataire) per stipulationem convenit et promisit supradicto Domno Johanni ... supradicta petia terrarum et quodlibet eorum locata ... in toto supradicto termino pro supradicto monasterio tenere, laborare, meliorare et non studiose

non studiose fejorare : et ipsum monasterium in Dominum et pro Domino ipsorum petiorum terrarum recognoscere ... Et dare et solvere .. supascripto monasterio pro affictu et nomine affictus. ... pro primo anno tertiam partem fructuum readleg[en]dorum ... extracto prius stario uno grani de dicta tertia parte fructuum et pro aliis sequentibus annis, quolibet anno staria triginta quinque grani mrâtis ad pisanam mensuram, posita et portata in castro Alica omnibus expensis dicti Johannis ; alioquin penam dupli supascripti affictus tuo tempore non solutâ, et omnes expensas que inde proptereo fierent ... promisit. solvere ... Dato ad hec fideiussore egregio legum doctore Domino Benedicto quondam Dni Oddonis Macchaionis de Gualandis, de capella Ste Alexandri porte at ... formulis ordinariis ... Actum Pisis in apoteca posita sub palatio Domini Pisane Potestatis inter scalas lapideas ipsius palatii et curiam Maior. presentibus fratre Leone, quondam Simonis, converso supascripti monasterii, et magistro Antonio quondam Johannis de Florentia, magistro lapidum et lignaminis de capella Ste Trinitatis Gosme et Dagniani, testibus ad hec vocatis, Dominice Incarnationis Anno millesimo quadringentesimo, indictione octava, die vigesimo tertio mensis octobris, more pisano - (en St. ord. 1399, 23 octobre). -

Ego Johannes olim Andree coriarii, civis pis. notarius ...

(Arch. dept. Pis. Original, parchemin, larg. 0,300 millim. long. 0,532. Inventorié en 1978, celui de l'Inventaire N. Actuel des Armoires.) --

---

(1399. St. ord.) 1400, 29 Dec. - D. Jean Berti, procureur, loue pour 4 ans, à 4 individus, la propriété de Montecchio à raison de 125 florins d'or par an. - Ledit podere a 5000 stariora.

In eternum

In eterni Dei nomine, Amen. Donnus Johannes, quondam Berti de Luca, monacus, sindicus et procurator, ad hec et alia facienda, monasterii et conventus sanctorum Marie et Johannis Evangelistè, ordinis cartusiensis, de Calci, per cartam dicti sindicatus rogatam a ser Michaele .. D. D. A° 1398, 25 julii .., locavit et locationis titulo dedit et firmavit presbitero Fanuccio quondam Becti de Calcinaria, Andree quondam Perucciì, Guido quondam Guidi, et Menico Landi, de comuni Calcinarie, totum Podere tam campestre quam pratatum, et tam paduleum quam boscatum, positum in confinibus comunis Montecchiò quod olim vocatum fuit Podere Coscii Gambacurte, cui ab uno latere est Arnus, ab alio comune Montiscalvuli, ab alio partim archiepiscopatus Pisanus, partim eccleśia Sti Mamiliani de Lupata, ab alio comune Blentine, cum suis confinibus: et est per mensuram staiora quinque milia (5000 staia) vel quantumcunque sit per mensuram: Et petium unum terre cum duabus domibus superde, positum in castro Calcinarie, solariata (sic) duobus solariis et cum petio posito in via publica ante ipsum petium terre cum domibus: et tenet unum caput in via publica, aliud caput in terra cum casalino Johannis Pecchia et Pieri et Tomasi germanorum, ab uno, filiorum latus unum in via, aliud latus in terra cum domo (reliqui blanc) ... vel si qui alii sunt ipsius petii terre cum domibus confinium. Et omnes et singulas alias possessiones, terras campias, petia terrarum et prata quecunque et qualitercunque confinata comunium Calcinarie et Montecchii et circa castrum Calcinarie; que et quas olim tenebat et possidebat Coscius Gambacurta et post ipsius mortem, Loctus olim nepos suus: Et specialiter et nominatim totum nemus padule, pasturam sive pastum sive pratum, positum in dicto podere, quod olim

vocatum

vocatum, fuit pastura Montecchii, cui sunt infrascripti confines, videlicet, ab una parte Arnus, ab alia quidam fluvius vocatus Rinaro, ab alia carbaria et boscus Montiscalculi, ab alia parte carbaria et boscus Archiepiscopatus Pisani, vel si alii sunt ejus confines; Necnon jus passadii de Calcinaria, pertinens et spectans ad dictum monasterium et fratres, et olim a suprascriptos Colcium et Loctum, pro dicto podere et occasione ipsius podere quocunque scilicet jus passadii fluminis Arni de Calcinaria in quantum indigeant dicti conductores ad transeundum et redeundum pro dictis laboreriis et dicto podere locato, tamen ad eorum usum tantum: Itaque ad alios locatio dicti passadii minime extendatur: sed ipsi monasterio pro aliis quam predictis intoare reservetur: ad habendum, tenendum, gaudendum et usufructuandum, laborandum, pascendum et pasci et laborari faciendum: Et ligna silvatica edua incidendum, transportandum et aliis dare aut alii locandum, et etiam eorum commodum et utilitatem faciendum, ita tamen quod hec non intelligatur de quercubus, castaneis et arboribus, a festo S^te Michaelis mensis septembris proxime preteriti ad annos quatuor proxime venturos, pro infrascripto affictu inde dando et solvendo ut infra dicitur.....

Que vero suprascripti conductores et quilibet eorum insolidum per sollemnem stipulationem convenerunt et promiserunt suprascripto Domno Johanni ... suprascriptas res locatas eisdem in toto suprascripto termino pro ipso monasterio laborare terras, et vineas bene colere, ligare, putare, sappare, removere, incarare et nis seminibus seminare, meliorare et non studiose pejorare, arbores fructiferas, quercus et castaneas non incidere: Et ipsum podere et omnes res locatas eisdem in toto suprascripto termino non dimittere, et ipsas res, finita

locatione

locatione predicta, eque cultas ... dicto monasterio restituere; Et dare et solvere vel dari et solvi facere eidem Domne Johanni ... et dicto monasterio annuatim, quolibet anno in festo et perfestum S^te Marie mediis mensis augusti cuiuspcumque florenos centum viginti quinque de auro bonos, lag als et justi ponderis, in florenos de auro tantam, et non in alia re contra voluntatem suprascripti Domni Johannis ... sine omni briga, molestia, reclamatione ... et ullis expensis: Aliquin penam dupli totius suprascripti affictus et omnes expensas que inde propterea fierent ... promiserunt solvere ... etc. ... promissis et formulis dictage ...

Actum Pisis in palatio residentie Antianorum pisani populi, presentibus Cecchо quondam Borghognini de comuni Calcinaria, et Antonio quondam Puccii de Calci famulo custodie Antianorum Pisani populi, testibus ad hec rogatis, Dominice Incarnationis Anno millesimo quadringentesimo; indictione octava, die vigesimo nono decembris secundum consuetudinem pisane civitatis. (en ft. ou: 1399, 29 Dec.). —

Ego Johannes, olim Andree Coriarii, civis pisanus, Imperiali autoritate notarius et judex ordinarius, predictis interfui et ea rogatus scribere scripsi et hic publicavi et meum hic subscripsi.

(Arch. cart. Pis. Original, parchemin, larg. 0,242 millim. long. 0,887 en trois parties maintenant accolées, sur le dos le n° 1975, celui de l'Inventaire. — N° actuel des Armoires). —

1400, 15 Janvier. — Bulle de Boniface IX, qui confirme le compromis fait entre la chartreuse de Calci et les petits fils de Coscio Gambacorta, Nicolas de Gualandis et Jeanne de Sancto Casciano. —

Bonifacius etc. ... Ad futuram rei memoriam. Ad ea libenter intendimus

intendimus per que controversie inter Christifideles exorte salubriter valeant sedari. Exhibita siquidem nobis nuper pro parte dilectorum filiorum Raphaelis, quondam Jacobi de Janua nati, prioris, et conventus monasterii B^te Marie Virginis et B^ti Johannis Evangeliste, ordinis Cartusiensis, siti in Valle gratie de Calci, Pisane diocesis, necnon magistri Petri Lancis de Lucis, advocati consistorii nostri, Nicolai, dilecti filii nobilis viri Petri quondam Roynerii Licciati de Gualandis militis nati, et dilecte in Christo filie Johanne, uxoris dilecti filii Luce, prefati Petri Lancis nati, civis Pisani, procuratoris, petitio continebat, quod, cum inter dictos priorem et conventum, ex parte una, necnon Nicolaum et Johannam predictos super nonnullis hereditate et bonis aliis per quondam Cosciam de Gambacurtis laicum, ipsorum Nicolai et Johanne avum, relictis tunc expressis, nonnulle discordie et controversie ex altera fuissent exorte, tandem iidem prior, conventus, necnon Petrus Lancis, dictorum Nicolai et Johanne, procuratores, ad parcendum hinc inde laboribus et expensis partium earundem, super premissis et eorum occasione in dilectos filios universos palatii apostolici Causarum Auditores tanquam in arbitros arbitratores et amicabiles compositores compromiserunt, prout in instrumentis publicis inde confectis dicitur plenius contineri; et deinde cum iidem arbitri, infra tempus ad hoc prefixum, super premissis minime pronunciassent, tempus hujusmodi aliquotiens (ita forte pro aliquatenus), de consensu utriusque partis et per ipsas partes, prorogatum, et iterum de novo compromissum sit. Cum autem, sicut eadem petitio subjungebat, ab aliquibus asseratur, mandatum dicti prioris ad faciendum compromissum hujusmodi se minime extendere, ideo quia in dicto mandato consensus et auctoritas

superioris

superioris dicti prioris non interveneriit, et propterea ab aliquibus dubitaretur et dubitatur compromissum ipsum earere roboris firmitate; pro parte dictorum procuratorum nobis fuit humiliter supplicatum, ut providere super hoc de benignitate apostolica dignaremur. Nos igitur, tenoribus dictorum instrumentorum ac statutum omnium premissorum habentes presentibus pro sufficienter expressis, huiusmodi supplicationibus inclinati, volumus et apostolica auctoritate decernimus, quod prefati arbitri perinde in negotio huiusmodi procedere, ipsumque discutere et terminare libere et licite possint et debeant, ac si consensus et auctoritas dicti superioris in predicto mandato intervenisset. Et nichilominus compromissum huiusmodi ac sententiam ipsius vigore conferendam, ex eo duntaxat ~~in predicto~~ quod dicti superioris consensus et auctoritas in predicto mandato non intervenerit, rata habentes et grata, illa ex certa scientia auctoritate apostolica tenore presentium confirmamus, et presentis scripti patrocinio communimus, supplentes dictum defectum si forsan intervenerit in premissis. Constitutionibus apostolicis et aliis contrariis non obstantibus quibuscumque. Nulli ergo etc... nostre voluntatis, constitutionis, confirmationis, communitionis et supplationis infringere... etc.. Siquis autem etc...

Datum Rome apud Sctm Petrum XVIII° Kal. februarii, anno XI, N. XX. de Benevento. —

(Arch. du Vatican. Reg. Lat. 81, fol. 55. — Avec cela, je n'ai pas le compromis lui même, que je n'ai pas trouvé ici.). —

1400. — Gabriel Maria Vicecomes, Pisarum Dominus, eximit Cartusias de Calci et Gorgone et eorum manachos, oblatos et familiares ab omnibus impositionibus

Gabriel

Gabriel Maria, Vicecomes, Pisarum Dominus, cupientes religi-
-osorum et honestorum virorum priorum, fratrum et monacorum
monasteriorum Cartusiensium de Calci et de Gorgona, nostri Pisani
comitatus, indemnitatibus providere et a cunctis illicitis exactio-
-nibus eos omnino efficere insuspectum alienos, ut liberius
Domino valeant famulari, et per hoc eorum bonorum et piorum
operum participes effici merecamur: harum tenore eximimus
et absolvimus et exemptos et absolutos et immunes esse volumus
decernimus et mandamus Priores, fratres, monacos et conversos
predictorum monasteriorum, ipsaque monasteria et eorum
familiares et nuntios atque colonos et omnes mares et feminas
qui et que dictis monasteriis dedicaverunt et contulerunt libere
se et sua, et imposterum offerent, ab omnibus et singulis talliis,
impositionibus, factionibus, mutuis, contributionibus, exactionibus
et oneribus quibuscunque, tam realibus quam personalibus et
mistis, et aliis quibuscunque angariis et perangariis cujuscun-
-que manerici foret. Et sic quod pro aliquibus victualibus suis,
bestiis, rebus et bonis cum ea et reducendo, conducendo vel conduci
faciendo, emendo vel vendendo, pro aliquibus talliis, pedagiis vel
cabellis, quecunque sint vel erunt, nullo modo valeant molesta-
-ri. Per exemptionem autem et libertatem hujusmodi et supras-
-criptam, libertati, privilegio et immunitati concessis predictis
monasteriis a quondam illustrissimo principe et excellentissimo
domino Domino Johanne Galeaz, duce Mediolani etc. Papie
Virtutumque comite, ac Bononie, Pisarum, Senarum et Perusii
Domino, genitore nostro, nullum intendimus intendimus preju-
-dicium generari; Quinymo volumus quod illa in sua plena
remaneat firmitate: Mandantes quibuscunque officialibus
nostris in civitate et in comitatu nostris Pisarum, ad quecunque
officia seu exactiones quascunque deputatis, seu imposterum
deputandis

deputandis, quatenus predicta omnia et singula cum effectu debeant inviolabiliter observare. In quorum omnium robur et testimonium firmiorem valituram presentas fieri jussimus et registrari nostrique majestatis sigilli munimine roborari. Datum Pisis in palatio nostre solite residentie, Anno Domini millesimo quadringentesimo.

» (Arch. Cast. Pis. Parchemin taché, troué, larg. 0,332 millim. long. 0.234. — Sans nº sur le dos. N'a pas de trace de sceau. C'est un document commencé, mais inachevé et non authentique. Il en effet Gabriel parlant de son père Jean Galeas dit « a quondam ill^mo principe Johanne Galeatio » ce qui prouve qu'il était mort, or Jean Galeas mourut le 3 sept. 1402. — Le document précédent a donc été commencé après cette date et reste sans valeur comme inachevé non signé ni scellé. — Parmi les copies il y a une feuille d'inventaire des privilèges. cette feuille donne sous la date de 1400, l'analyse du dit document, mais une autre main a ajouté très justement « Questo non è autentico nè da prendersi, perchè non è terminato e dovrebbe essere più moderno di quel di suo padre, e non è sottoscritto nè segno che vi sia stato sigillo. » — Ensuite vient l'analyse suivante :

1400. — Johannes Galeatius, Dux Mediolani, concessit cum suis commissariis Pisarum, ea quod privilegia ab ipso concessa monasterii Carthusiensium Gorgonæ et Vallis Calci non servarint et de stricte mandat ut ea inviolatum servent : Cui mandato inhærentes ipsi commissarii dicta monasteria exempta declarant ab omnibus gabellis, datiis etc. et omnibus officialibus precipiunt ne illis quoquo modo molestiam inferant. Anno 1400. » Ita cette feuille d'inventaire. — Ce document analysé ici est probablement le suivant.

(Arch. St. ord.) 1401, 26 Mai. — Commissarii Ducis Mediolani, ejus mandato, declarant Cartusias Gorgonae et de Calci posse mittere et portare in civitatem Pisarum, et de ipsa extrahere, tam per terras quam per aquas, sine solutione alicujus datii, quantitatas frumenti, bladi, vini et olei, liguorum, calcis et lapidum, pro laboreriis construendis, et etiam aliarum rerum et victualium, quocunque nomine nuncupentur, ad eorum et pro eorum usibus facientium et spectantium. —

In nomine Domini, Amen. Nos Antonius de Torinalis (Tornielis?), locumtenens, Johannes de Cremona de Novis Cani, Masiolus de Salvaticis, camerarius illustrissimi principis et excellentissimi Domini Domini Ducis Mediolani etc. Papie et Virtutum, comitis necnon Domini Pisarum, Senarum et Perusii: Quibus infrascriptum negotium specialiter est commissum per litteras prelibati Domini nostri tenoris hujusmodi, videlicet: Dux Mediolani etc. Papie Virtutumque comes, ac Pisarum, Senarum et Perusii Dominus, dilecti nostri, per alias litteras nostras datas Papie die XI martii proxime preterite (ita) vobis mandavimus ut monasterio Gorgonae et de Calci, ordinis Cartusiensis, servari faceretis illas exemptiones, ymunitates et emolumenta que solite sunt eis servari et servata fuerunt usque quo accepti fuimus dominium illius civitatis, quod sentimus per vos eis minime observari, neque miramur; propterea iterato vobis mandamus, quatenus ut superius continetur, observare et observari facere debeatis, pignera eis ablata dicta occasione sibi restitui faciendo. Datum Papie die VII^a maii MCCCC^o. Filipinus. A tergo: Egregio viro Antonino de Torinalis locumtenenti nostro in civitate nostra Pisarum, ac nobili, sapienti (ita) et prudenti viris Domino Johanni de Cremona de Novis Cani et Masiolo de Salvaticis camerario nostris ibidem.

Proxequentes

Prosequentes et exaqui volentes tenorem dictarum litterarum, ac super ipsis et contentis in eis receptis testibus, et attestationibus coram nobis productis pro parte venerabilium ac religiosorum fratrum Petri Guillelmi Cantonici, procuratoris monasterii de Gorgona, Johannis Berti similiter procuratoris monasterii de Calci, ordinis Cartusiensis, ipsisque lectis et diligenter examinatis ac super ipsis deffinitionibus et contentis in eis matura et diligenti deliberatione prehabita: Christi nomine invocato, sedentes pro tribunali in domo nostri locumtenentatis super quodam banco sito in sala domus nostre, quam locum elegimus et eligimus pro nostro ydoneo et competenti tribunali ad hunc actum faciendum: Dicimus, sententiamus et pronuntiamus ipsos fratres sive monacos et conversatos posse mittere et portare ac mitti et portari facere libere et impune et absolute in civitate Pisarum, et de ipsa civitate extrahere ubi, tam per terram quam per aquam, sine solutione alicujus datii, fodagii vel gabele, omnes quantitates furmenti, vini, olei, spelte, ordei, sichalis, leguminum, lignorum pro comburendo, feni, stipule, lapidum, calcis, lignaminum pro laboreriis construendis, tam ad eorum ecclesiam, quam ad monasteria et in ipsis monasteriis, et omnium aliarum rerum et victualium quocunque nomine nuncupentur seu censeantur, que vel quas conduci faciant ad eorum et pro eorum usibus, vel constructione dictorum monasteriorum et ecclesiarum de Gorgona et de Calci tantum et non aliter nec alio modo. Mandantes omnibus et singulis, tam civibus quam officialibus seu comitatinis dicte civitatis Pisarum, presentibus et futuris, quatenus in predictis seu predictorum occasione dictos fratres et conventus nullatenus molestent vel molestari permittant, sub pena nostro arbitrio cuilibet contrafacientis auferenda et camere comunis Pisarum aplicanda.

Inquorum

In quorum testimonium presentes fieri jubsimus et nostrum sigillorum munimine roborari. Datum Pisis die XXVI maii MCCCCj. VIIIe indictione. (en Stile Flor. 1400, comme l'indique ici l'indiction 8e qui est celle de 1400). —

Ego Christoforus de Glue notarius prefati Domini Masioli subscripsi — Johannes — Matheus. —

(Arch. cant. Pis. Original, parchemin déchiré sur le bord à gauche, taché et troué à deux endroits. restes de sceau en bas. larg. 0,332 millim. long. 0,272. — Sur le dos le n° 1977, celui de l'Inventaire. N° actuel des Armoires.). —

1401, 15 février. — Procuration donnée par les chartreux de Calci à leur Prieur, pour terminer l'accord avec les petits fils de Coscio Gambacurta, au sujet de l'héritage de ce dernier.

In eterni Dei nomine, Amen. Huhoc publico instrumento sit omnibus manifestum, Quod religiosus et honestus vir Donnus Petrus quondam Johannis de Senis, prior monasterii et domus sanctorum Marie et Johannis Evangeliste, ordinis Cartusiensis, Vallis gratiose de Calci, presentia, consensu et voluntate infrascriptorum, suorum et dicti monasterii et domus monacorum, videlicet: Domi Johannis, quondam Berti de Luca, procuratoris et sindici dicti monasterii: Domi 8 moines Rolini, quondam Corsi de Miricuria, sacriste dicti monasterii: Domi Ludovici, quondam Corsi de Castro Ste Johannis comitatus Florentie: Domi Dominici, quondam Simonis de Castro Ste Marie ad Montem, dicti comitatus Florentie: Domi Laurentii, quondam Jacobi de Asti, vicarii dicti monasterii: Domi Petri Albertini de Buggella: Domi Ludovici, quondam Franchi de Saona: et Domi Benedicti, quondam Francisci de Senis, qui omnes sunt omnes monaci dicti monasterii in dicto monasterio residentes et capitulum facientes: Et ipsi dicti monaci una cum suprascripto Donno Petro Priore, et ejus licentia, voluntate

voluntate et auctoritate, non revocando propterea aliquem seu aliquos suos sindicos et procuratores per eos hactenus constitutos, sed potius confirmando, fecerunt, constituerunt et ordinaverunt eorum et dicti monasterii et domûs sindicum et procuratorem, Dominum Petrum, Priorem, predictum, presentem et recipientem, ad paciscendum, componendum, concordandum et transigendum cum egregio legum doctore Dño Petro Lancis, civem Pisanum, procuratorem Domine Johanne, uxoris Luce filii dicti Dñi Petri, ac etiam procuratore Nicolai, filii Domini Petri militis de Gualandis et filii olim Domine Gamme, uxoris olim dicti Domini Petri et filie olim Coscii quondam Francisci Gambacurte: seu cum alia legitima persona predictis Domina Johanna et Nicolao, de lite, causa et questione vertente inter ipsos monasterium et monacos ex una parte, et Dominum Petrum Lancis supra scriptum, procuratorem, procuratorio nomine predictis Domina Johanna et Nicolao et alia, coram quocumque judice et judicatore, delegato vel ordinario; Et ad ipsas litem, causam et questionem compromictendum in unum et plures arbitros arbitratores, amicabiles compositores et amicos communes recipiendas, laudandas, terminandas et componendas per eum et eos de jure, de bono et equo et de facto, summarie et de plano sine strepitu et figura judicii, dilationibus et causarum cavillationibus amputatis, et prout et sicut dicto sindico videbitur et placebit; Et ad faciendum propterea quascumque promissiones, obligationes, renuntiationes et stipulationes necessarias et oportunas, ad predicta et circa ea et quodlibet eorum et in et pro predictis et eorum occasione et causa. Dantes et concedentes dicto eorum sindico et procuratori plenam et aliam et liberam potestatem et plenum, liberum et generale mandatum, cum plena, libera et generali administratione in predictis et circa predicta et quodlibet predictorum. Promictentes etc... formules ordinaires aux procurations...

Actum

Actum in capitulo domus et monasterii infrascripti, posite in comuni Ste Vite de Calci, Pisani comitatus; presentibus Bonavito quondam Cacchi, et Mariano quondam Ciomei, ambobus de comuni Ste Vite de Calci predicto, testibus ad hec rogatis, Dominice Incarnationis Anno millesimo quadringentesimo primo, indictione nona, die quinto decimo februarii secundum consuetudinem Pisarum (1401, 15 fevr.)

Ego Johannes quondam Andree Coriarii, civis Pisanus, Imperiali auctoritate notarius atque judex ordinarius, predictis interfui et ea omnia rogatus scribere scripsi et hic publicavi. —

(Arch. cant. P.S. Original, parchemin, larg. 0,183. millim. long. 0,367. Sur la dos la n° 1979, celui de l'Inventaire. N° actuel des Armoires)

1401, 18 Mars. — Enquête au sujet d'échange fait à Montecchio entre Coscio Gambacorte et l'abbé de Ste Hermete.

Pro declaratione questionis quam Abbas Ste Hermetis movet permutatione facta per Coscium Gambacurtam cum dicto Abbate notandum et, Quod Coscius Gambacurta dedit in permutationem abbatie Ste Hermetis petium unum terre campie, positum in confinibus Communis Pisignani, in loco dicto Gustello: et tenet unum caput in via Gustella, aliud caput in via nova, latus unum in terra heredum Oni Obizi de Ficecchio, et est per mensuram staiora 20.

Hoc petium terre contulit et recognovit ab Abbate predicto Paulus Ciomei de comuni Orticharie pro affictu star. trium grani, et primo recognovit pro quatuor. Quod petium terre datum in cambium a dicto Coscio sit illud idem, quod recognovit Paulus a dicto Abbate has probationes habui ego Johannes infrascriptus notarius.. Il cite ensuite les temoins qu'il a interrogés, et dit que les confins désignés sont bien les mêmes. Et quod hec sunt vera probatur sic. Ego vidi capita sic extare..

Actum Baldans a de capella Ste Marie extra muros comunis a supra-

a suprascripto abbate secundum petium terre cum domo datum in cambium pro affictu stario octo et quarre unius grani.

D. NOCchina, relicta Longini, de comuni Ortichareè, conducit a suprascripto abbate tertium petium terre datum in cambium pro affictu starii unius grani.

Predicta omnia et singula prout suprascripta sunt dico et confitetur me invenisse una cum Bartholomeo Bupi suprascripto et Johanne Baldini dicto Calcinaia de comuni Vatigniani. Et cum predictis fuisse super dicto petio terre possesso et quod nunc possidetur per abbatem predictum: Et alia omnia audivisse et invenisse ut supra continetur, Dominice Incarnationis Anno millesimo quadringentesimo primo, indictione nona, die octavodecimo martii. (1401, 18 Mars). —

Ego Johannes olim Andree Corsarii, civis pisanus, imperiali autoritate notarius atque judex ordinarius, predicta vidi, inveni sensi et tetigi ut supra; ideo ad fidem premissorum me subscripsi.

(Arch. cant. Pis. Original, parchemin, larg. 0,196 millim. long. — 0,272. sur le dos la n° 1982. celui de l'inventaire. — 11e actuel des Armoires.). —

1401, 7 octobre. — Johannes Galeatius, Dux Mediolani, Cartusias Gorgonee et de Calci, earum monachos et quoscumque attinentes in suam protectionem suscipit, et ab omnibus talliis, impositionibus et gabellis eximit; mandans locumtenenti ducali, Antianis et officialibus Pisarum, ut hac privilegium observent sub penis. —

Johannes Galeaz, dux Mediolani etc. Papie Virtutumque comes, ac Pisarum, Januarum et Perusii Dominus. Supplicationibus religiosorum et honestorum virorum Priorum, fratrum seu monachorum et capitulorum monasteriorum Beate Virginis

Marie

Marie et Sancti Gorgonii de Insula Gorgone, ac Beate Virginis Marie et Sancti Johannis Evangeliste Vallis Calcis prope nostram civitatem Pisarum, ordinis Cartusiensis ac Pisane diocesis, misericorditer inclinati: Et audientes quam devote et solerter divinis intendunt officiis, orationibus et jejuniis, ac quam copiose insistunt ad elemosinas Christi pauperibus erogandas, quamque duram et asperam vitam ducunt pro eterna promerenda salute et placanda divine justitie ulcione, quam sceleratorum multitudo promeret et provocat incessanter: Dignum fuitavimus ipsos Priores, fratres seu monachos ipsorumque monasteria, conversos, familiares, nuncios, massarios seu mezadros, molinarios, collonos, inquilinos, laboratores, fictabiles, pensionarios, res et bona universa et universa, ut piorum et meritorum operum ipsorum participes effici mereamur, nostris favoribus prosequi et fovere; Et ob hoc ut predictis bonis operibus suis quietioribus animis insistere valeant, et ut a secularium et maxime publicanorum, subdolis, vexationibus, laqueis et fraudibus sint penitus alieni: Tenore presentium, in nostra singulari protectione suscepimus et habemus ac habere intendimus in futurum. Et Propterea universos et singulos has nostras literas inspecturos, amicos nostros rogamus, Officialibus vero et subditis nostris districte precipiendo mandamus, quatenus has nostras literas et earum contenta quelibet observantes, Ipsos Priores, fratres, monachos, conversos, familiares, nuncios mezadros, massarios, molinarios, collonos, inquillinos et laboratores, dicta monasteria et omnia jura et bona, nostre contemplatione, velint amici, subditique nostri habeant in omnibus casibus et opportunitatibus suis habere favorabiliter recommissos et recommissa. Insuper dictos Priores, fratres, conversos, capitula et conventus predictorum monasteriorum, ipsaque

monasteria

monasteria et eorum magadros, massarios, molinarios, collonos, inquilinos, laboratores, fictabiles et pensionarios eximimus et absolvimus et exemptos, liberos, absolutos et immunes esse volumus decernimus et mandamus, ab omnibus et singulis taleis, impositionibus, factionibus, mutuis contributionibus, exactionibus et onoribus quibuscunque, tam realibus quam personalibus et mixtis et aliis quocunque nomine censeantur; nec non ab omnibus et singulis datiis, pedagiis et gabellis ac aliis quibuscunque angariis et perangariis cujuscunque manerici forent: et sic quod pro aliquibus victualibus, bestiis, rebus et bonis eundo et redeundo, conducendo vel conduci faciendo, emendo vel vendendo, pro aliquibus datiis, pedagiis vel gabellis, quecunque sint vel erunt, nullo modo valeant molestari, quantum est respectu solummodo bonorum et redituum dictorum monasteriorum. Et ut predicta omnia et singula nunc et in futurum continue et perpetuo observentur cum effectu, Mandamus locumtenenti, Anciani, potestati et ceteris officialibus Pisarum, presentibus et futuris, et quibuscunque judicibus, magistratibus (tibus (lic)), judicantibus et officialibus, tam nostris quam dicti nostri Comunis Pisarum, quatenus predicta omnia observent et faciant cum effectu inviolabiliter observari. Et ne quisquam in observatione predictorum possit modo aliquo ignorancium pretendere vel allegare, volumus et mandamus has nostras literas debere per deputatos vel deputandos ad talia, ipsis presentatis sine alla prestatione pecunie in volumine statutorum et ordinamentorum Comunis nostri Pisarum solempniter et de verbo ad verbum inseri et describi, et similiter in quolibet instrumento locationis seu venditionis cujuslibet datii, pedagii vel gabelle dicti nostri Comunis. Cognoscentibus insuper universis et singulis has nostras literas inspecturis, quod si

qui

qui predictis contrafacere presumpserint vel ad aliquam (quam) dictorum religiosorum recommendatorum et dilectorum nostrorum contumeliam vel offensam, vel ad aliqua ipsorum damna intendere ausi fuerint, quod non credimus, illas non modicum molestas habebimus si de ipsis ad nostram noticiam pervenerit, nec illos transire permittemus impunitos. Hàc etenim litteras nostras et contenta in eis intendimus debere perpetuis temporibus observari, nec ipsas per aliquas alias nostras litteras vel privilegia concessa vel concedenda esse revocatas, vel in aliquo lesas seu atentatas, nisi in eis revocatoriis litteris nostris de harum tenore de verbo ad verbum, singulariter facta fuerit mentio specialis. In quorum testimonium presentes fieri fecimus et registrari nostrique sigilli appensione muniri. Datum Sanctangelli die septimo octobris (ita) mcccc uno, decima indictione. — (1401, 7 oct.) —

Filipinus.

(Arch. cart. Lis. Original, parchemin, larg. 0,440 millim. long. 0,28, et un replis de 0,058 -, auquel était attaché au milieu le sceau qui n'existe plus. On a coupé le parchemin pour enlever la queue sur laquelle le sceau était pendant. Sur le dos le n° 1986, celui de l'Inventaire. N° actuel des Armoires). —

(1401. st. ord.) 1402, 22 Nov. — Déclaration de prise de possession faite par Barthelemy Gambacorte de la moitié des biens immeubles qu'il avait partagés avec Lotto Gambacorte. La quelle moitié lui a été accordée, sous certaines conditions, par le Prieur de Calci dans l'accord fait entre eux le 27 août 1398 - Enumération de ces biens.

In eterni Dei nomine, Amen. Ex hoc publico instrumento sit omnibus manifestum. Cum, hoc sit quod religiosus vir Dns Raffael, olim Jacobi de Tanna, prior conventus et monasterii SS. Mis et Joh^is Ev. de Vallegratiosa de Calci

syndicus

sindicus et procurator dicti monasterii et conventus, heredis Lodi quondam Francisci quondam Coscii de Gambacurtis ex institutione dicto monasterio facta a dicto Locto .. 1397, 5 oct.. ex una parte : et Bartholomeus quondam Nicolai de Gambacurtis, de Pisis, ex alia parte .., habuerint causas, lites et controversias ... ad transactionem et concordiam devenerunt, de qua constat instrumento rogato 1398, 26 Aug (lis. lisez 27 août dans l'accord). Et inter cetera in dicto instrumento transactionis ... contineatur sic videlicet : Textio dictus Dominus Raffael.. etc. la 3e clause de l'accord du 27 août 1398 est rapportée en entier et concerne les immeubles que Lotto et Barthelemy avaient par moitié et indivis dans le comté de Pise. D. Raffael avait cédé cette moitié à Barthelemy moyennant certaines conditions et lui donnait pouvoir d'en prendre possession. Après ce long extrait le document continue..

Quia sic in omnibus et per omnia inter dictas partes actum extitit et conventum, in principio, medio et fine hujus contractus : Et ceteris prouthec et aliis plenius et latius continentur in dicto instrumento transactionis et concordie... Et dignum, sit et consonum, rationi inscripta fieri et declarari debeat, videlicet, quod Bartholomeus supradictus, vigore supradicte transactionis, habuerit et consecutus fuerit cum effectu possessionem, predictorum, bonorum, que remanserunt in hereditate dicti Locti, et que erant pro indiviso cum Bartholomeo prefato. Ac etiam, sit justum, et consonum, rationi declarari debeat pro executione promissorum per prefatum priorem et fratres, et pro liberatione plenissima consequenda per prefatum, monasterium, a constitutione precarii facti et rogati a dicto priore Bartholomeo prefato : Et ut dictum, monasterium, in casu quo purificaretur conditio seu conditiones sub qua seu quibus dicta dimidia dictorum, bonorum, ad dictum, Bartholomeum, vigore supradicte transactionis dignoscitur pervenisse, suum, jus consequi valeat et habere. Idcirco ser Julianus notarius, filius Colini de Sto Justo in Camicia, civis pisanus, constitutus procurator a Bartholomeo

de Gambacurtis

de Gambacurtis, de Pisis, habitatore in civitate Pistorii in capella Ste Marie foris porte ... de cujus procura mandato ... (constat) instrumento rogato a ser Gratia notario ... de Pistorio sub A.a Nativitatis Dni 1399, ind.e 7a die 27 decembris : dicto procuratorio nomine, pro dicto Bartholomeo .. ... a me notario infrascripto, tanquam persona publica, interrogante cum predicto monasterio, priore, fratribus et conventu, fuit confessus in veritate se habuisse et suscepisse ... possessionem et tenutam medietatis integre pro indiviso infrascriptorum petiorum terrarum, ... et pro se dictum ser Julianum, dicto nomine, esse et fuisse a tempore dicte concordie et transactionis inter inter dictas partes ... usque nunc vicelicet : (1o) Medietatem integram pro indiviso ... Petii unius terre ortalis cum domo solariata uno solario ad duas arcus, cum logia seu porticu post ipsam domum, cum claustro, furno, puteo vocato lo cigliaro de Gambacurtis, positi in capella Ste Johannis Gaitanorum, et tenet unum caput in strata publica Ste Petri ad gradus, aliud caput cum uno Catere in terris eccliae Ste Paule ad ordum, aliud latus in Carraria publica Ste Bernardi .. et est per mensuram staiora quatuor. quod conducit Dompninus olim Batte de capella Ste Johannis Gaitanorum pro florenis 8 de auri per annum : — (2o) Petii unius terre cum domo solariata uno solario ad duas arcus cum domuncula posteriori solariata uno solario et domuncula terretta ex latere, cum claustro, puteo et muris destructis post ipsam domum, cum vinea et fructibus superde, positi in capella Ste Johannis Gaitanorum, contra cellariam de Gambacurtis, et tenet unum caput in strata publica Ste Petri ad gradus, aliud caput. (pas exprimé) quod conducit Clemans de capella Ste Johannis Gaitanorum pro libris 22 et sol. 10 : — (3o) Petii unius terre ortalis cum domo coperta imbricibus et partim prasteris, cum porticu, furno, puteo, arca, vinea, cameto, quadam grossa pirea et multis fructibus superde et aliquibus arboribus, positi in capella Ste Iuste in Canniccio, et tenet unum caput

in carraria

in carraria publica Ste Tusti, aliud caput in terra ecclesie Ste Sepuleri cum uno latere, aliud latus in terra cum domo suprascripti Bartholomei et dictorum heredum ... et est per mensuram staioria 12 ... quod conducit Vinus Turris de capella Ste Tusti in Camiccio et Vinus de Ortecaria pro libris 34 :— (4°) Petii unius terre ortalis cum domo terrestri coperta imbricibus, cum portica et sovita, posite in capella Ste Tusti in Camiccio, et tenet unum caput in carraria publica Ste Tusti, aliud caput in terra ecclesie Ste Sepuleri, latera ambo in terris communibus pro indiviso suprascriptorum Bartholomei et heredum dicti Coscii ... et est per mensuram staioria 12 usque in 13 ... quod conducit Vinus Turris et Gerardus Cecchi .. pro libris 34 :— (5°) Petii unius terre ortalis cum domo partim solariata et partim terrestri et partim coperta platis et partim imbricibus, cum puteo, furno, puteo, arca, vinea, caineta, arboribus et pluribus fructibus superta, posite in capella Ste Tusti in Camiccio, et tenet unum caput in carraria publica Ste Tusti, aliud caput ... latus unum in ramola publica Ste Donfunini, aliud latus in terra cum domo suprascriptorum Bartholomei et heredum Coscii .. et est per mensuram .... quod conducit Michael quondam Cecchi Migliarini pro libris 30 ... (6°) Petii unius terre campie, posite in comuni et guardia Petignani in loco dicto al Prunalbo, et tenet unum caput in via publica vocata Prunalbo, aliud caput in strata de Collinis, latus unum in terra Henrigi dal campo, civis pisani partim in carraria Petignani, aliud latus in terra quam laborant filii quondam Coscii Domenedii ... et est per mensuram staioria 32 .. quod conducit Ciomeus et Antonius fratres .. pro pro 16 et 1/2 staiis grani per annum :— (7°) Petii unius terre pratate, posite in comuni et guardia Oratorii sive Fagiani in loco dicto la via da Ruggieri, et tenet unum caput in via Ruggerii, aliud caput in terra pratata Gerardi Compagni, latus unum in terra pratata Simonis

Bardi

Sardi, et aliud latus in terra pratata, quam conducit Bernardus Bufi de communi Riglionis ... et ut per mensuram modior. 1 ... quod conducit Ninus .. de Oratorio pro libris 9 .. : — (8°) Petii unius terre campie, positi in communi et Guardia Titignani in loco dicto al collecto, et tenet unum caput in via publica, aliud caput ~~in terra heredum Jacobi Bocche partim et partim~~ dicta via ultra al collecto, aliud caput in Nugulat ~~Ste Marie~~, latus unum ~~partim~~ in via publica, aliud latus in terra infrascriptorum Bartholomei et heredum ... et ut per mensuram stariora 12 .. quod conducit Massius quondam Nocchi .. pro starios 6 grani Carvellini. (9°) Petii unius terre campie, positi (comme la precedent), et tenet unum caput in via publica, aliud caput in terra heredum Jacobi Bocche partim et partim in via publica, latus unum in terra infrascriptorum Bartholomei et heredum, aliud latus in terra ecclesie Ste Martini de petra ... et ut per mensuram stariora 16 ... quod conducit Andreas Martini .. pro 7 starios grani : — (10°) Petii unius terre cum aliquantulo vinee et cum canneto, positi in capella Ste Michaelis Discalceatorum in loco dicto Logolgo, et tenet unum caput in aldo, aliud caput partim in classatello et partim in terra ecclesie Ste Michaelis Discalceatorum, latus unum partim in terra ecclesie Ste Jacobi de Fossabandi et partim in terra ecclesie Ste Michaelis de Burgo cum alio latere .. et ut per mensuram stariora 21 ... quod conducit (venit) Marcuccius quondam Tuncte et Piorus ejus filius ... pro . (pas indiqué) : — (11°) Petii unius terre campie, positi in capella Ste Michaelis Discalceatorum in loco Possale, et tenet unum caput in terra heredum Dni Johannis Rossi de Lanfrancis, aliud caput in terra ecclesie Ste Michaelis infrascripti, latus unum in classatello, aliud latus in terra quam laborat Marcus Narii .. et ut per mensuram stariora 4 ... quod conducit Franciscus ... pro libris 4 : — (12°) Petii unius terre cum canneto, positi in capella Ste Michaelis Discalceatorum in loco dicto al golgo, et tenet unum caput in classatello, aliud caput in terra ipsius Bartholomei Gambacurtis, latus unum in terra ecclesie Ste Michaelis

Michaelis Discalceatorum partim et partim in terra heredum Dni Johannis Rossi, latus aliud in terra ipsius Bartholomei G... et est per mensuram star. cinum et pm decem ... quod conducit Orus .. pro libris 3 et sol. 10. — Confitens et asseverans dictus ser Julianus, dicto nomine, dictam medietatem supradictorum petiorum terrarum, que primo et ante predictam transactionem, erant in hereditate dicti quondam Locti, tam auctoritate propria dicti ser Juliani dicto nomine, quam licentia et potestate dicto Bartholomeo a dicto Dampno Raffaele priore sindico concessa, habuisse et ipsorum petiorum terrarum et cujuslibet eorum possessionem vacuam, liberam et expeditam, cum ejusdem pertinentiis in ipsa petia terrarum et quodlibet eorum corporaliter intrando ipsa petia terrarum prout nunc sunt ... Renuntiando etc. pueres formulas et promissas de jure ..

Actum Pisis in apoteca turris Bacciamei Leuli, posita Pisis in capella Ste Sebastiani Kee, ubi supradictus ser Julianus habet et tenet apotecam, presentibus Johanne, filio Lapi de Ficecchio, de capella Ste Silvestri; ser Johanne notario, olim Andree Michaelis Coriarii; et ser Andrea, filio Gaytani de Campo, notario, testibus ad hec vocatis et rogatis, Dominice Incarnationis Anno millesimo quadringentesimo secundo, indictione decima, die vigesima secunda novembris (ex Ii ord. 1401, 22 Novembris). —

Ego Andreas, filius quondam ser Fini notarii de Boncetaneis de Vico Pisano, pisanus civis. I. auct. qui l'a pris dans les actes de ser Guasparis notarii, olim Johannis Massufari, mandato Ludovici frère de Guaspar.'

(Arch. Cast. Pis. Original, parchemin, larg. 0,457. millim. long. 0,675. Sur le dos le n° 1987, celui de l. Inventaire. N° actuel des Armoires)

(1401. Ii. ord.) 1402, 1er Dec. — Locumtenens ducalis et Anciani populi Pisani confirmant et mandant omnia contenta in privilegio

in privilegio Ducis Mediolani ab omnibus inviolabiliter observari.—

In eterni Dei nomine, Amen. Dominice Incarnationis Anno millesimo quadringentesimo secundo, Indictione decima, die primo decembris (en St. ord. 1401, 1a Dec), Providerunt Dominus Locumtenens Ducalis et Anthiani Pisani populi, partitis facto inter eos ad denarios albos et giallos secundum formam brevis pisani populi: Viso privilegio concesso per Illustrissimum Dominum nostrum, monasterii, fratribus et monachis beate Virginis Marie et Ste Gorgonii de Insula Gorgona, ac beate Virginis Marie et Ste Johannis Evangeliste de Valle Calci, Ordinis Cartusiensis, et gratiis et immunitatibus in ipso privilegio denotatis; quod privilegium munitum erat sigillo prefati Domini Illustrissimi in cera alba appensa cum cordula sirici vermilei, in quo erant arma ad quarteria prefati Illustrissimi Domini. Cujus privilegii tenor talis est, videlicet: Johannes Galeaz, Dux Mediolani etc. Papie Virtutumque comes etc. de verbo ad verbum ut supra. . . . Datum Sanctiangelli die septimo octobris MCCCC° primo, decima Indictione. Filipinus.—

Et providendo statuerunt et ordinaverunt, Quod immunitas et franchigia concesse per nostrum Illustrissimum Dominum conventibus et fratribus supradictis, contente in privilegio supradicto et omnia et singula alia in ipso privilegio denotata, serventur et servari debeant supradictis fratribus et conventibus per omnes officiales Illustrissimi Domini et Pisani Comunis, et per omnes alios ad quos spectabit, eo modo, forma et ordine, de quibus in ipso privilegio scriptum est et descriptum, privilegium ipsum et ejus continentiam, in omnibus et per omnia ratificantes, confirmantes et approbantes omni jure, via et modo quibus melius potuerunt.

Ego Franciscus, filius Simonis de Montefoscoli, civis pisanus, Imperiali

Imperiali autoritate judex ordinarius atque notarius, et notarius et scriba publicus supradictorum Anthianorum, pisani populi, predictis omnibus interfui et ea in actis cancellarie supradictorum Anthianorum scripsi et in hanc publicam formam redegi, et ad fidem predictorum me subscripsi et signum et nomen meum apposui consueta. (S.T.L. (=fr.

(Arch. cant. Pl. Original, parchemin très taché, larg. 0,283 millim. - long. 0,490. - Sur le dos le n° 1988, celui de l'Inventaire. N° actuel des Armoires. - Il y a un autre exemplaire en parchemin qui semble être du commencement du 15e siècle, copié dans les actes de la chancellerie des Anciens par le notaire Guillaume "quondam Jacobi Domini Chelli Rustichelli" aussi scribe des Anciens, larg. 0,227 millim. long. 0.490. - Sur le dos le n° 1989, celui de l'Inventaire. N° actuel des Armoires).

1402, 27 février. — Les Juges de la cour des arbitres de Pise assignant à la chartreuse une maison de Landus de Morlonibus marchand de Lucques, située à Pise et réclamée comme héritage de Lotto et Colcio Gambacorte.

In nomine Patris et filii et Spiritus Ste, Amen. Nos Gerardus de Favalia et Bartholomeus de Albaco, publici judices et arbitri curie arbitrorum pisane civitatis, notitiam facimus, Qualiter ser Johannes notarius, quondam Andree Coriarii, syndicus et procurator ad hec et alia facienda, monasterii sanctorum Marie et Johannis evangeliste, ordinis cartusiensis, siti in valle de Calci, per cartam dicti syndicatus rogatam a ser Michaele... de Cascina a. 1399, ind. 6a, 25 julii (st. ord. 1398, 25 julii)... venientes ad supradictam curiam coram nobis... petiit sibi... dari notitiam assignationis et adjudicationis jure dominii in infrascripto petio terre, videlicet. In petio terre cum domo cum? in quattuor arcubus superde, posito in capella Ste Laurentii Kce, et tenet ambo capita in viis publicis, latus unum in terra et domo Ludovici ser Bianchenis de Luca,

aliud

aliud latus in terra et domo Andree Benvenuti .. in quo quidem petio terre supra scriptus ser Johannes est intenori ... adversus et contra Landum, quondam Dini de Moricombus de Luca, civis et mercatoris Lucani per cartam rogatam a ser Nino notario .. a° 1395 ind° 3a 5a febr. et de ejus denuntiatione constat per cartam rogatam a ser Nino notario supra scripto die. Le Landus de Lucques est un débiteur de coscio Gambacorte. La chartreuse étant héritière de ce dernier, et voulant lui faire payer ses dettes, reclamait la maison qu'il avait à Pise et qu'il habitait quand il s'y trouvait. Le long document dit ensuite que le 18 Janvier 1402, on fit faire les annonces dûs age pour que ceux qui avaient à réclamer puissent la faire librement. Personne ne s'étant présenté .... Unde nos Gerardus de Faveliis et Bartholomeus de Albaco publici judices et arbitri supra scripti ... sedentes pro tribunali ad nostrum solitum bancum ... viso vu le testament de coscio Gambacorte, vu celui de Lotto etc .. ça n'en finit pas et visis omnibus et singulis hinc inde videndis ... Christi nomine invocato ... pro florenis 274 auri capitali ipsius ser Johannis etc .. supra scriptum petium terre cum domo supra confinata ... cum omni jure .. proprietate .. supra scripto monasterio certosinorum .. damus et assignamus et adjudicamus .. data et lecta supra scripta sententia in curia arbitrorum ... Dominice Incarnationis Anno millesimo quadringentesimo secundo, indictione decima, die vigesimo septimo februarii. (1402, 27 febr.) — —

Publication de ce jugement le 28 février suivant ...

Ego Antonius olim ser Martini notarii ... autorius .. interfui. —

(Arch. cart. Pise. Original, parchemin, long. 0,356 millim. long. 0,445. Sur la dos le n° 1993, celui de l'Inventaire. N° actuel des Armoires)

1402, 2 Mai. — Extrait du testament de Marie Minucci, femme de Barthelemy Gambacorta. Elle lègue à la chartreuse 50 florins d'or pour finir une chapelle laissée par son père. —

In Christi nomine Amen. Quoniam de morte quilibet est certus de die vero et hora incertus, hinc est quod Nobilis Domina Domina Maria, olim filia Domini Johannis Minuccii de Lucis, et uxor nobilis viri Bartholomei olim Nicolai de Gambacurtis, de Pisis, habitans Pistorii in cappella Ste Marie Forisporte, sana Yhesu Xristi gratia mente, sensu et intellectu, licet corpore languens, divinum timens judicium, et intestata decedere nolens, sed quid de se fuisque bonis post ejus obitum fieri velit, per hoc suum presens nuncupativum testamentum, quod dicitur sine scriptis in hunc modum facere procuravit. In primis quidem quando eam mori contigerit et ante recommendavit animam suam omnipotenti Deo ejusque matri Virgini gloriose. Item jure legati reliquit florenos centum quinquaginta pro anima ipsius testatricis distribuendos eo modo et prout et sicut et eo et ais et tempore et temporibus et illis personis quibus videbitur et placebit huic clare mon. monasterii Ste Dominici in via Ste Gigli de Pisis. —

NB. Item jure legati pro anima sua reliquit fratribus certose Vallis Calci, de Pisis, florenos quinquaginta auri pro explendo et complendo unam cappellam, quam reliquit dictus dominus Johannes Minuccii, pater dicte testatricis . . . .

50 florins d'or pour dire des messes; au monastère de St-Dominique cité plus haut « tot possessiones existentes in comitatu Pisarum pro anima sua que valeant et capiant et sint estimate florenos centum auri . . . . « In omnibus autem aliis suis bonis mobilibus et immobilibus, juribus et actionibus, presentibus et futuris sibi heredem universalem instituit et esse voluit

voluit suoram claram predictam, Dominam Katalinam, uxorem olim dicti Nicholai de Gambacurtis, Bartholomeum, ejus virum predictum et fratrem Antonium de Calci predictum (il n'en est pas parlé dans l'extrait), cum hoc quod dicta suora clara predicta omnia et singula exequi valeat cum uno predictorum quem, elegerit et qui sibi placuerit. Dans et concedens las pouvoirs ordinaires aux executeurs.

Actum Pistorii in capella Ste Marie foris porte, in domo habitationis dicti Bartholomei, viri dicte testatricis, presentibus religiosis viris fratre Girolamo Soudis de Perusio, fr. Blasio olim Petri de Matio, fr. Dominico Jacobi de Gambassi, fr. Filippo Petri de Bononia fr. Nicholao Gregorii de Florentia, fr. Johanne Nicholai de Viterbio, fr. Antonio magistri Salvi de Bononia, omnibus ordinis Montis oliveti de Pistorio et Pistorii commorantibus, testibus ad predicta habitis et vocatis et propio hore dicte testatricis rogatis, sub Anno Nativitatis Domini millesimo quatercentesimo secundo, indictione decima, die secundo mensis Maii (1402, 2 Mai) —

Ego Petrus olim filius Ghuidonis de Pistorio, Imp. auct. jud. ord. atque not. predictis omnibus interfui eaque rogatus scripsi et fideliter publicavi.

Ego Benedictus Jacobi quondam Bartholomei Nicole de Fortiguerris de Pistorio Imp. auct. judex ord. atque not. dit qu'il a copié cet extrait dans les actes ou précédent, les quels sont en sa possession, sur une offre à lui faite de Florence le 16 juin 1653, ind. 1a —

(Arch. cant. Pist. Copie de 1653, parchemin, larg. 0,357. millim. long. 0,260. — Sur la doublure 1983, relié de l'Inventaire. Nº actuel des Armoires. — Il y a un autre exemplaire du même notaire, parchemin, larg. 0,305, millim. long. 0,290. — A aussi sur la doublure 1983. — Nº Actuel des Armoires.). —

Nota. — Il semble par ce testament que cette Dame n'avait pas d'enfant. C'est la femme de Barthelemy Gambacorte, exilé de Pises, et avec lequel nos Pères avaient fait un accord au sujet de l'héritage de Lotto Gambacorte

---

(1402. st. ord.) 1403, 25 Juillet — Moccia, veuve de Pierre Chelli, s'engage à payer en 4 ans les 300 florins d'or, que son mari, le 4 sept. 1390, légua à la chartreuse pour bâtir une cellule, si ses enfants mouraient sans héritiers. —

In nomine Domini, Amen. Ex hoc publico instrumento sit omnibus manifestum, Quod cum hoc sit quod Johannes, quondam ser Cecchi Chelli, pastoris de Capella Ste Lucie de Richuccho condidit suum ultimum testamentum, rogatum, a ser Piero notario quondam Johannis de Caulé, cive pisano Dom. Ce Pnc. A. 1391, 4 sept. (st. ord. 1390, 4 sept. Voir plus haut). Et in dicto testamento legaverit Ysabecte, filie sue, pro ejus dote, florenos trecentos auri bonos, legales et justi ponderis: Et pro anima sua leg averit in summa florenos quantes triginta auri vel circa: Et in reliquis bonis suis sibi heredes instituerit Franciscum et Ranerium, filios suos impuberes, et ventrem pregnantem Domine Moccie, ejus uxoris et filie quondam ser Ranerii de Marrona, si masculum perederet, et eos invicem substituerit: Et ex dicto ventre postea ortus fuerit mas culus nomine Nannes. Et in dicto testamento dispositum fuerit quod in casu quo omnes dicti filii immorarentur ante etatem vigintii annorum sine liberis, solvi deberent monasterio Sanctorum Marie et Johannis Evangeliste, ordinis Cartusiensis, de Calci florenos trecentos auro expendendi in construtione unius celle in dicto monasterio pro anima sua; Et in residuo omnium bonorum, heorum, substituit directo pupillariter et per fideicommissum pauperes Christi. Et Ysabecta et Nannes mortui fuerint et sint in infantili etate: Et Franciscus et Ranerius suprascripti facti adulti et condicti ab eis suis ultimis testamentis in quibus quilibet eorum sibi heredem instituerit omnibus bonis suis suprascriptam Dominam Monciam, matrem suam. Et cum suprascripta Domina Moccia sit heres dictorum Francisci et Ranerii et teneat et possideat omnia bona que quondam fuerunt suprascripti

suprascripti Johannis et postea suprascriptorum filiorum suorum. Et de jure legatum suprascriptorum florenorum trecentorum, pro dicta cella construenda factum, debeatur dicto monasterio tam a parte suprascripti Johannis testatoris quam a parte suprascripti Nannis postumi, prout ipsa Domina Moccia dixit, et confessa fuit de ejus plene informatam de jure a sapientibus et peritis in jure. Ad interrogationem mei Johannis notarii notarii suprascripti interrogantis pro suprascripto monasterio. Idcirco suprascripta Domina Moccia volens ad hoc teneri et obligari licet hoc facere non teneatur nullo obstante, non movendo obligationem nec eam duplicando, per solemnem stipulationem convenit et promisit michi Johanni notario suprascripto stipulanti et recipienti pro dicto monasterio et conventui et ejus vice et nomine, quod ipsa Domina Moccia dabit et solvet suprascripto monasterio, conventui et fratribus ejus, aut alicui legitime persone pro dicto conventui recipienti, suprascriptos florenos trecentos de auro bonos, legales et justi ponderis, judicatis dicto monasterio pro constructione dicte celle a modio mense Augusti proxime venturi ad annos quatuor proxime tunc venturos hoc modo videlicet singulo anno dicti temporis quartam partem, sine brigha, molestia, reclamatione curie et alicujus offensis. Aliquin penam duplj suprascripti debiti hoc tempore non soluti et omnes expensas que inde propterea fierunt suprascripta Domina Moccia per solemnem stipulationem convenit et promisit michi Johanni notario .. reddere, dare et solvere .. Obligando inde se etc... Renuntiando etc... Pro ad hec fidejussore Francisco quondam Jacobi Ricchomi, cive dicte Domine Moccie .... etc. promittente dicto sponte .. formulas —

Actum Pisis in domo habitationis suprascriptorum Domine Moccie et Francisci, posite in capella Ste Georgii porte maris

presentibus

presentibus Johanne quondam Piori Bardella, et Laurentio Vici de Orciato coriariis, de capella Ste Nicolai, et Nicolao, filio Michaelis Buctarii, coriario de capella Ste Gosme, testibus ad hec rogatis, Dominice Incarnationis Anno millesimo quadringentesimo tertio Indictione decima, die vigesimo quinto Julii, more Pisarum. (ancien ord. 1402, 25 Juillet). —

Ego Pierus, filius ser Benenati notarii olim, Parisii de Sancto Savino, civis Pisani, Imp. auct. notarius ... dit qu'il l'a pris dans les actes ser Johannis notarii olim Andree Coriarii ...

(Arch. cart. Pis. original, parchemin, larg. 0,188 millim. long. 0,436 sur lequel se trouve le n° 2000, celui de l'Inventaire. — N° actuel des Armoires)

(1403. St. ord.) 1404, ante 18 mai et 15 sept. — Les chartreux de Calci donnent procuration aux Prieurs pour confirmer un contrat du 18 Mai 1403. —

In eterni Dei nomine, Amen. Tenore presentium notum facimus et testamur nos Domnus Patrus quondam Johannis de Senis, prior monasterii Sanctorum Marie et Johannis Evangeliste, ordinis Cartusiensis, vallis gratiose de Calci, presentia, consilio, consensu et voluntate infrascriptorum nostrorum monachorum dicti monasterii, videlicet: Domni Johannis, quondam Berti de Luca, procuratoris solitis infrascripti monasterii: Domni Rolini, quondam Coni de Mirauria, 5 Minus sacriste: Domni Ludovici, quondam Cursi de Castro Ste Johannis, Vicarii: Domni Patri, filii Alberti de Bugalla, et Domni Benedicti quondam Francisci de Senis: Et nos monachi infrascripti, presentia, consensu, auctoritate et voluntate nostri prioris predicti, congregati omnes ad capitulum nostri monasterii infrascripti, mandato nostri prioris predicti ac vocatione sacriste, et moris est nostri: Existentes ad presens omnes monachi nostri monasterii infrascripti in ipso monasterio residentes et capitulum facientes quod

quod nos prior et monaci predicti facimus, constituimus et creamus nostrum et monasterii nostri iudicem et procuratorem Dominum Patrum priorem nostrum predictum, presentem et recipientem, ad ratificandum, confirmandum et approbandum quandam contractus rogatam a ser Tohanne notario, olim Andree Coriarii, de Pisis, Dom.ce Inc.is A.o 1406.o ind.e X.a, die 18.a Maii (ab st. com. 1403, 18 Maii). Et ad promittendum ser Bartholomeo notario, q.m Gerardi Dini Sellipharii, qui dicta Domina Filippa, mater sua et relicta dicti Gerardi, se obligavit suprascripto ser Tohanni, recipienti vice et nomine suprascripti nostri conventus, de dando in termino octo annorum florenos ducentos de auro in ipso instrumento comprehensos non petere dictum debitum, nisi eo modo prout in dicto instrumento rogato ab ipso ser Tohanne plenius continetur; Ac etiam ad promittendum eidem ser Bartholomeo, recipienti vice et nomine suprascripte Domine Filippe et omnium aliorum quorum interesset, quod ipse conventus conservabit eos indemnes ab obligationibus de quibus in suprascripto instrumento, rogato a suprascripto ser Tohanne, fit mentio; Et ad promittendum quod si de hiis, que in ipso instrumento continentur, questio mota erit eisdem, ipse noster conventus ipsam litem et questionem in se suscipiet et prosequatur suis expensis; Et quod si quo tempore reperiretur totum suprascriptum debitum florenorum ducentorum vel partem ipsius fuisse solutum vel solutam personis, de quibus in ipso instrumento fit mentio: ipse conventus noster juxta debitum suprascripti capitalis ponat totum illud quod de dicto capitali probaretur esse solutum; Et quod in casu quo per suprascriptos Dominam Filippam et ser Bartholomeum solveretur dictum debitum nostro conventui predicto et postea per aliquam partem aliquid ipsius solutum antequam per eos fuisset facta solutio, nos monaci predicti et noster conventus restituamus eisdem quod solutum

esset bis.

assot bis. Et pro predictis et predictorum occasione dandum unum fidejussorem, donorem ipsumque rogandum, de fidejussione presentanda: et ad faciendum, propterea quascumque promissiones et obligationes et quascumque cartas cum obligationibus necessariis et utilibus ad predicta et circa predicta et quodlibet predictorum, ita quod de jure bene valeat et teneat: promittentes habere firmum et ratum quicquid fuerit ... et contra non facere ... Et ut predicta omnia et singula robur habeant et firmum maneantur habere, mandavimus per omnes nos monachos suprascriptos subscribi et signari, et sigilli nostri conventus jussimus impressione muniri. Datum in capitulo nostri monasterii predicti, posito in valle de Calci, dominice incarnationis anno millesimo quadringentesimo quarto, indictione undecima, die (n'a pas été mis). —

Ego Dominus Petrus quondam Johannis de Lenis, prior monasterii suprascripti, constitutus una cum suprascriptis et infrascriptis monachis suprascripti monasterii et conventus, in mandato suprascripto facio, constituo et ordino et facimus, constituimus et ordinavimus suprascriptum sindicum et procuratorem nostrum et monasterii predicti ad omnia et singula comprehensa in suprascripto mandato, et ad fidem omnium premissorum et robur valiturum me subscripsi una cum infrascriptis aliis monachis, et sigillo nostri conventus presens mandatum fecimus roborari in testimonium omnium premissorum. — (signature autographe). —

Ego fr. Johannes quondam Berti de Lucca procurator monasterii suprascripti, facio et ad fidem me subscribo. (signature autographe).

Ego fr. Rolinus quondam Comi de Mericuria, sacrista monasterii suprascripti, facio et ad fidem me subscribo. (autographe) —

Ego fr. Ludovicus quondam Cursi, de comitatu Florentie, vicarius monasterii suprascripti, facio et ad fidem me subscribo. (auto)

Ego fr. Petrus, filius Alberti de Bugella, monachus suprascripti monasterii

monasterii, facio et ad fidem me subscribo. (signature autogr.)

Ego fr. Benedictus, filius) condam Francisci de Senis, monachus supradicti monasterii, facio et ad fidem me subscribo. (signature autographe, la mieux écrite de toute, petite écriture fine mais très régulière, ressemble à celle du document, mais est plus fine. — L'écriture de Pierre de Bugella a aussi de la ressemblance avec celle de la pièce).

(Arch. cath. Pis. Original, parchemin, larg. 0,187 millim. long. 0,325. — Il n'y a pas de mc sur le dos. On ne voit pas trace de sceau, à moins que le parchemin ait été coupé au bas. Mais le jour du mois manquant, il est plus probable que c'est un document qui est resté inachevé. Il n'en n'est pas moins précieux à cause des signatures autographes. Mc actuel des Armoires.)

(1403. st. ord.) 1404, 13 oct. — Sentence qui condamne ceux qui avaient vendu, le 26 sept. 1392, à la chartreuse une maison située au faubourg de Pise, à soutenir à leurs frais le procès intenté à ladite chartreuse pour cette maison. —

In etern Dei nomine, Amen. Nos Ghozzadinus de Ghozzadinis de Bononia, miles et legum doctor, pisanus potestas necnon capitanus pisani populi, sedentes pro tribunali ad nostrum solitum banchum juris, ubi hec et infra scripta solita fieri, citari, causam et questionem vertentem coram nobis in nostra curia cancellarie inter Johannem notarium, olim Andree dal Campo Cordarii... procuratorem monasterii B. Mc V. et B. Jo. Evang. ord. Cart. ... per cartam a. 1399, 25 julii (st. ord. 1398, 25 julliet) ex una parte: et Johannem Grassellini civem et mercatorem pisanum (c'est un des vendeurs) et Colcum filium quondam et heredem Andreacti (Gallacti. et Andreactus est le second vendeur, étant mort ce sont ses héritiers qui doivent répondre. — Ce sont ses fils Colus, et deux mineurs François et Frederic, qui ont

pour tuteurs ledit Colus, Nensis mère du défunt Andreoctus et son frère Pierre - La veuve d'Andreoctus, dont le testament est du 9 sept. 1397, est femme de Montecatorio. - Le fils aîné Colus agit pour tous. -

Donc le 12 août [illegible], le procureur des chartreux, le notaire Jean Coriarii, fait citer devant le tribunal Jean Grassulini et Colus Gallecti. Voici le principal de cette longue pièce, qui s'adresse directement à eux « et veniatis et compareatis coram nobis ad subscriptum in vos.. litem, causam et questionem, et vestris sumptibus prosequendum vestro periculo et fortuna, que movetur dicto monasterio Cartusie coram venerabili et religioso viro Domino Michaele de Vico, canonico pisano ecclesie, judice delegato per litteras apostolicas a sor Ulivario notario, olim Francisci notarii de Vico, cive pisano, procuratore ad hec et alia facienda Domine Ledde, vidue relicte Ludovici Casanove, a capella Ste Samantis, et matris quondam et heredis Ranerii, filii quondam et heredis dicti Ludovici, vigore unius petitionis per dictum sor Ulivarium, dicto nomine porrecte coram ipso domino Michaele, judice delegato: de petia una terre cum domo solariata duobus solariis et dimidio, posita Pisis in capella Ste Filippi de Vicecomitibus, et cum balatorio etiam super se, sub quo est via publica, et tenet unum caput in via publica dicta Borgo, aliud caput in via publica, latus unum in terra cum domo Bartholomei Speciarii olim Guidi de Campilia, de capella Ste Filippi de Vicecomitibus, aliud latus in terra cum domo heredum Laurentii Cambini speciarii ...., quod petium terre suprascriptum vos Johannes Grassulinus et suprascriptus olim Andreoctus, asserentes vos esse sindicos pisani communis, dicto asserto nomine vendidistis Domno Johanni, quondam Berti de Luca, sindico et monaco dicti monasterii Cartusie pro pretio florenorum trecentorum nonaginta de auro (390 fl.) per cartam rogatam a sor Johanne Ciampuli ... De Ste A. 1393, ind. 1a die 26 sept. (anstr. ord. 1392, 28 sept. voir plus haut)

et eidem domino Tohamni ... vos ... assarti procuratores, de dictione et duplo et aliis supradictis promissis etc ... Joan Grassulinus se defens (die quinto decimo januarii decime indictionis » (1402, 15 janvier) et eodem Galleti le 22 janvier 1402. — Unde nos Ghezzadinus de Ghezzadinis de Bononia etc ... sedens ut supra ... tout vu et examiné, vu l'avis du docteur Christofle de Attulfis « iudicis Pisani communis » qui dit tout au long ... Christi nomine invocato, dicimus, declaramus et pronuntiamus quod supradicti Tohannes et eodem, eorum nomi-nibus propriis et nominibus (de quibus fuerunt agunt) recipiant eis se et repetere ... et repetere tam cautiones et debeant litem, causam et questionem, et eis competibus prosequantur suo periculo et fortuna, quam nos dicti supradicti monasterio carthusie de Calci coram domino Michaele de Vico ... judice delegato etc ... sont condamnés aussi aux dépens que le procureur des char-treux a fait dans ce procès. Le juge se réserve de les taxer. -

Data et acta est Pisis in supradicta curia Cancellarie, posita in capella Ste Ambrosii, presente et petente dicto ser Tohanne ... absentibus supradictis Tohanne et Colo ... tamen premonitis et requi-sitis, et presentibus magistro Francischo quondam Colè ... et Coscio notario, filio olim Martini de Calci, testibus ad hec vocatis et rogatis, Dom. Inc. A. millesimo quadringentesimo quarto, indictione duodecima, die tertio decimo octobris. (en st. com. 1403, 13 oct.) -

Le 15 oct. la sentence a été signifiée aux condamnés. —

Ego Ludovicus notarius, filius Tohannis Massari, notarius a pris dans les actes de la chancellerie ...

Ego Jacobus notarius, filius magistri Tohannis de Cucigliano - notarius ... et scriba publicus curie Cancellarie Pisani communis ... interfui etc ...

(Arch. cant. Pis. Original parchemin, larg. 0,228 millim. long. 1,562. N'a point de n° sur le dos. N° actuel des Armoires) —

(1403. St. ord.) 1404, 17 Nov. – Tedda, veuve de Louis Bindi, renonce au procès qu'elle avait intenté à la chartreuse pour la maison de Pise.

In nomine Domini, Amen. Ex hoc publico instrumento sit omnibus manifestum, Quod Domina Tedda, vidua relicta Ludovici Bindi de Casanuova, de capella Ste Clementis olim, et nunc de capella Ste Nicholai, heres Ranerii, olim filii sui et olim filii et heredis infrascripti Ludovici, et etiam heredis et germani Domini Mattei et Tomasi et Bindi germanorum, filiorum quondam et heredum una cum infrascripto Ranerio infrascripti Ludovici, olim fratris ipsorum germanorum: dictis hereditariis nominibus, sciens et planam notitiam habens, ut ipsa Domina [illegible] dictis nomis (nomis?) et nominibus dixit et confessa fuit coram me Baptista notario et testibus infrascriptis, quod ser Oliverius notarius, olim ser Francisci notarii de Vico, procurator ad hec et alia facienda infrascripte Domine Tedde, per cartam dicte procure rogatam a ser Gregorio notario, filio Tomasi Pagis, cive pisano, Dom.ce Inc.is A.o 1402, ind.e 9.a die 30 Maii (St. ord. 1401, 30 Mai), dicto nomine fatetur coram venerabili viro Domino Michaele de Vico canonicho pisano, judice delegato apostolice sedis, inter ipsam dictam Teddam et infrascriptum monasterium, quandam petitionem contra monasterium et conventum, priorem et fratres domus de Calci, Carthusiensis ordinis, ut de dicta petitione constat per acta rogata a ser Karolo notario, quondam Cherigi de Vecchiano, cive pisano notario electo dicte Domine, Dom.ce Inc.is A.o 1403, ind.e 10.a die 14 julii (St. ord. 1402, 16 juillet); et sicut super dictam petitionem inter dictas partes dictis nominibus coram infrascripto Domino Michaele fuisse aliquanto tempore litigatum, et nunc pro dicto ser Ulivario dicto nomine contra monasterium, conventum, priorem et fratres infrascriptos, seu eorum legitimum procuratorem et judicium fuisse latam tertiatim contumacia a infrascripto Dno

-cripto Domino Michaele, judice delegato predicto, in qua dictus Dnus Michael promuptiavit suprascriptos monasterium, conventum, fratres seu eorum legiptimum sindicum, fuisse vere contumaces seu contumacem: Et suprascriptum ser Oliverium dicto nomine fore mittendum in possessionem et tenere petiit unius terre cum domo in dicta petitione comprehensi, per cartam dicte sententie rogatam a ser Karolo notario suprascripto, Dom^ce Inc^is A^o 1403, ind^one XI^a die 6 mensis februarii (1403, 6 febr.); Et de inde dictus ser Oliverius dicto nomine, vigore dicte sententie contumacie fuit missus in possessionem unius petii terre cum domo in dicta petitione comprehensi, ut constat in dictis actis A^o Ind^e et die predictis (1403, 6 febr.) — Ex certa ejus scientia, appensato animo et nulla jure vel facti errore ducta, volens recedere a dicta lite, causa seu questione, renumptiavit penitus et in totum michi Baptiste, notario et scribe publico, recipienti pro suprascripto monasterio et conventu, fratribus et priore, liti, causa, juri et instantie prefate petitionis porrecte per suprascriptum ser Oliverium, pro curatorem suum, contra monasterium et conventum predictos coram suprascripto Dno Michaele, et seguitorum ex dicta petitione vel ob eam, ac etiam sententie contumatie et missionis in possessionem predicte:
Revocans et annullans, ex certa scientia, et nonpar errorem, omnia et singula acta et actita, processus et scripturas factas, factos et facta pro ea dictis nominibus de petitionem suprascripta sui procuratoris coram ipso D. Michaele, occasione dicte petitionis, et omnium seguitorum ex inde vel ob ipsam petitionem, et volens eam et ea omnia et singula inde seguta cassare, annullare, roborare, efficacia vel momenti, in quantum redficiant favorem et commodum suprascripto Domino eodem dictis nominibus:
Promittens ex catera michi Baptiste notario infrascripto, stipulanti et recipienti vice et nomine suprascripti monasterii et conventus,

-<u>ventus</u>,

-ventus, suprascriptam sententiam contumacie et apprehensionis possessionis inde secutam non uti contra ipsum monasterium et conventum, nec petitionem factam ut supra; ita tamen quod per hoc non prejudicetur in aliquo juribus cessis Johannis olim Tomei Grassulini et Colo olim Andreotti Galletti, per cartam dicte cessionis rogatam a me Baptista notario infrascripto, Ao diuo presentibus die 13 oct. (1403, 13 oct.); que jura et nomina cessa suprascriptis Johanni et Colo voluit esse ista salva, integra et inlesa ipsis Johanni et Colo et in nichilo diminui vel vitiari aut diminuta vel vitiata esse ullo modo. Que omnia et singula suprascripta, suprascripta Domina Ydda a dictis nominibus per solempnem stipulationem convenit et promisit michi Baptiste etc... formules —

Actum Pisis sub atrio casse coperto domus et habitationis heredum Jacobi Falconis, posite Pisis in capella Ste Nicholi, presentibus Piero .. et Christoforo fornacciario ... testibus ad hec vocatis et rogatis, Dominice Incarnationis Anno millesimo quadringentesimo quarto, indictione duodecima, die decimo septimo novembris secundum cursum notariorum ville Pisane civitatis. (an st. ord. 1403, 17 nov). —

Ego Baptista notarius, quondam Johannis Boccianti, Imp. a. n. civis pis. predictis omnibus interfui et etc....

(Arch. cart. Pis. Original, parchemin, larg. 0,118 millim. long. 0,553. — Sur le dos le n° 2005, celui de l'Inventaire. N° actuel des Armoires.). —

1404, 19 février. — Sossa Gambacorte vend pour 50 florins d'or, à D. Pierre, Prieur de la chartreuse de Calci, moitié d'une propriété avec maison, située à Pise in capella Ste Petri ad gradus.

In Dei nomine, Amen. Ex hiis sit omnibus manifestum, quod

Domina

Domina Sossa, filia olim Bartholomei de Gambacurtis et relicta Domini Bartholomei Gatani, de capella Ste Donati, pro dando et solvendo Ciolo, olim Nicoli Murcii, civi pisano, de capella Ste Christofori Kea, unu ex tribus fidejussoribus, videlicet Bartholomeo Biadi Attarii de capella Ste Martini de Pohta, et Ser Meo, olim Mei de Senis, (illarè habitante?) Pisis in capella Ste Egidii; qui Ciolus, Bartholomeus et Meus fuerunt fidejussores predicta Domina Sossa et Domina Tedda, filia olim Jacobi Murcii et relicta Dni Guelfi de Gatanis, de suprascripta capella Ste Donati, principalibus et in solidum obligatis pro florenis trecentis auri penes Antonium, olim ser Johannis de Casano, civem pisanum, ut de dicta fidejussione et obligatione constat per cartam inde rogatam a ser Johanne ... Ciampuli Dni Jmci Ao 1401, indne ... die 24 aprilis (M. ord. 1400, 24 Apr.). Qui quidem florenis 200 fuerunt mutuati suprascriptis Dominabus Sosse et Tedde a suprascripto Antonio de Casano, pro quibus suprascripti Ciolus, Bartholomeus et ser Meus extiterunt fidejussores penes suprascriptum Antonium precibus suprascriptarum Dnarum Sosse et Tedde, prout ex forma dicti instrumenti evidenter apparet. Et quos florenos 200 .. prefati fidejussores solverunt ... Antonio de Casano de eorum propria pecunia, et non animo donandi sed animo rehabendi a suprascriptis Dnis Sossa et Tedda ... prout de dicta solutione ... facta Antonio .. constat per cartam rogatam a ser Johanne Ciampuli Dni J. Ao 1401, indne 9a die 19 oct. (M. ord. 1400, 19 oct.). Donc la dite Sossa « Vendidit et tradidit Domno Petro, filio olim Johannis de Senis, priori monasterii beate Marie et Ste Johannis evangeliste Vallis gratiose de Calci, ordinis fratrum Cartusiensium, et michi Carino, notario infrascripto, tanquam persone publice recipienti predicto monasterio, cum pacto et conditione succedendi in jus, locum et causam suprascripti Ciolí olim Nicoli, maxime pro securitate et cautela, tuitione et defensione infrascripte rei: Medietatem integram pro indiviso petii unius terre

terre cum casalino seu domo et fructibus, vinea et aliis superstà, posità in capella Ste Petri ad gradus, tanentis unum caput in Arno vetari, aliud caput in via minore della prata, strada de Ste Piero in mazo, latus unum in terra Ste Savini, aliud latus in terra olim Dni Nicolai del Nicchio et nunc ejus heredum partim, et partim in terra monasterii Ste Pauli Ripe Arni de Pisis ... existentis per mensuram staior. quadraginta octo, aut plus vel minus quod est per mensuram: cum omni jure, actione, ratione, proprietate, pertinentiis et adjacentiis suis, ingressibus et egressibus usque in viam publicam. Intuper suprascripta Dna Sossa vendidit, vendit et quasi tradidit, cessit, concessit atque mandavit suprascripto Domno Petro et michi Carino notario ... recipienti pro suprascripto monasterio omnia jura et nomina, omnesque actiones et rationes tam utiles quam directas, reales, personales et mixtas et quaslibet alias, que et quas suprascripta Dna Sossa habet etc. ... pro pretio et nomine certi pretii florenorum quinquaginta auri boni et justi ponderis; quod totum pretium .. Dna Sossa coram me Carino notario et testibus infrascriptis recepit et habuit ab ipso Domino Petro ante et solvente etc ... formulas ordinaires ....

Actum Pisis in sala primi Solarii domus habitationis suprascripte Domine Sosse, posita in capella Ste Donati, presentibus Ser Michaele notario, filio Francisci de Cascina, et Piero filio Marci .. testibus ad hoc vocatis et rogatis, Dominice Incarnationis Anno millesimo quadringentesimo quarto, indictione duodecima, die decimo nono februarii. (1404, 19 février). —

Ego Guillelmus, filius Bartholomei Franchi, Pisanus civis, J.a not. a pris dans les actes de Ser Carinus filius Johannis de Avisano ...

(Arch. cart. Pis. Original, parchemin, larg. 0,268 millim. long. 0,388. Sur la dos le n° 2007, celui de l'Inventaire. N° actuel des Armoires)

1404, 1er Sept. — Bulle de Boniface IX. — Mande à Ponce, Recteur de l'église de St Petri Sornaldi, diocèse de Lucques, d'examiner les plaintes de Nese Franchi, citoyen de Lucques, contre les chartreux de Calci, qui lui réclament de l'argent. —

Bonifacius etc... Dilecto filio Poncio, rectori parrochialis ecclesie Ste Petri Sornaldi, Lucane diocesis, salutem... Exhibita nobis pro parte dilecti filii Nese (vel Nesii), quondam Johannis Franchi laici nati, civis Lucani, petitio continebat, quod, licet olim dictus Johannes summam quingentorum ducatorum auri, quos ipse a quondam Lotho de Gambacurtis et Bosche (sic ist Coscio) de Gambacurtis laicis, ex causa depositi ad se recuperat, postea dilectis filiis Priori et fratribus domus Vallis gratiose de Calchis (sic Calci), cartusiensis ordinis, Pisane diocesis, quibus eosdem ducatos predicti Lothus et Bordus (Coscius) in eorum voluntatibus ultimis legarant, efficaciter persolvisset; tamen predicti prior et fratres, pretendentes quod idem Johannes dum vixit ex huiusmodi deposito ducentos alios ducatos auri lucrates existeret, et quod lucra huiusmodi ad dictum Nese provenerunt, quorum occasione eundem Nese prior et fratres antedicti etiam coram quibusdam officialibus laicis in civitate Lucana et alias diversimode molestare conantur, in non modicum ipsius prejudicium et gravamen. Quare pro parte dicti Nese nobis fuit humiliter supplicatum ut sibi super hoc oportune providere de benignitate apostolica dignaremur. Nos igitur... discretioni tue per apostolica scripta mandamus, quatenus vocatis eisdem priore et fratribus et aliis qui fuerint evocandi, et auditis hinc inde propositis, quod justum fuerit, usuris cessantibus, appellatione remota, decernas: faciens quod decreveris per censuram ecclesiasticam firmiter observari. Testes autem etc... non obstantibus... aut si

eidem

eidem ordini a sede predicta sit indultum, quod persone ipsius ordinis ad judicium trahi, aut suspendi vel excommunicari, seu ipse aut dicti ordinis loca interdici non possint per litteras apostolicas non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem, et qualibet alia dicte sedis indulgentia generali vel speciali, cujuscumque tenoris existat, per quam presentibus non expressam vel totaliter non insertam tue jurisdictionis explicatio in hac parte valeat quomodolibet impediri, quo quo ad hoc ipsis priori et fratribus dicte domus nolumus aliquatenus suffragari. — Datum Rome apud sanctum Petrum, Kalendis septembris anno XV°. Jac. XII. de Teramo.

(Archives du Vatican. Reg. Later. 116. f. 1. 94.) —

(1404. St. ord) 1405, 8 dec. — Echange du chateau d'Alica avec Laurent Ciampulini. —

Permutationis nomine tradit carthusia Vallis Calci Laurentio Ciampulino castrum Alicae cum universis bonis suis in eodem communi existentibus, et quicquid ad carthusiam spectare videtur ex hereditate Lotti Gambacurta in valle Heroe superiori et inferiori, Pisani comitatus, et infra confinia communia Alicae, Forculi, Treggiariae, S. Servasii, Pallariae, Famulli, Paulis, Casignani, Martii, Pazziolé, Ghezzani, villae Salecti et villae Partini, et jus patronatus ecclesiae sancti Mariae de Alica et Christofferi (Corsini) ejusdem.

Et versa vice recipit in cambium a dicto Ciampulino tres domos sitas Pisis et quandam aliam bonam in valle Arcli prope Pisas existentia; quae quidem universa bona, tam monasterii quam dicti Ciampulini sunt per capita et latera descripta cum suis marturiis, ut asseverat ex extimatione facta

facta ab hominibus cur. gabelle majoris Pisane civitatis, in calce dicte permutationis autentice posita. Bona patrum erant valoris florenorum 3000, nec minus valebant bona dicti Ciampolini. In pta fa rog. a Bartholomeo v.l. q. s Johannis de Ghisano notario. — Inventaire n° 2009. — N'existe plus parmi les parchemins qui sont ici. —

1405, 2 Avril. — Bulle d'Innocent VII, qui confirme l'échange précédent, fait entre la chartreuse et Laurent Ciampolini. —

Innocentius etc... Ad futuram rei memoriam. Illis que pro... sane petitio pro parte dilectorum filiorum Prioris et conventus domus Sanctorum Marie et Johannis Evangeliste Vallis gratiose de Calci, cartusiensis ordinis, Pisane diocesis, ac Laurentii quondam Ghelii Ciampolini laici nati, civis Pisani, nobis nuper exhibita continebat, quod olim ipsi Prior et conventus provide attendentes, quod pro gubernatione et custodia castri Aliche, dicte diocesis quique burgii et fortalitii, quod quidam castrum et jus patronatus Ste Christofori et Ste Marie de Aliche, dicte diocesis, ecclesiarum, ad ipsam domum ex testamento quondam Lotti Francisci Coscii de Gambacurtis laici pervenerant, expensas varias facerant et eos in futurum facere oportebat: castrum cum burgo et fortalitio ac territorio et aliis omnibus juribus et pertinentiis suis, ac jus patronatus hujusmodi, de licentia dilecti filii Stephani, prioris generalis dicte ordinis, et aliis servatis servandis, pro quibusdam possessionibus, prediis, domibus et terris, ad ipsum civem legitimos pertinentibus, in civitate Pisana et diocesi predicta sitis, ac eidem domui magis quam castrum et jus patronatus hujusmodi utilibus cum eive predicto permutarent, prout in instrumento publico et aliis scripturis auctenticis super premissis confectis plenius dicitur

Tos n° 11

dicitur contineri. Quare pro parte ipsorum Prioris, domus ac conventus, nuncupatis nobis fuit humiliter supplicatum, ut huiusmodi permutationi robur apostolice confirmationis adjicere de benignitate apostolica dignaremur. Nos itaque castrum, possessiones, predia, domos et terras predicta, alias per loca, vocabula, confines, quantitates et valores, presentibus pro expressis, ipsamque permutationem ratam habentes et gratam, eam auctoritate apostolica confirmamus, et presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo etc. nostre confirmationis et communitionis infringere etc. hiquid etc...

Datum Rome apud Sanctum Petrum, IIIo nonas Aprilis anno Io.

N. XXXX. Abbas Schafati. —

(Archives du Vatican. Reg. Later. 120, fol. 91 vo). —

1406, 21 Janvier. — Les Anciens du peuple de Pise exemptent d'impositions les Dames de la chartreuse, Dea Guelfuccii, Scholaia de Malpileis et Elisabetta veuve de Ciati de Cameto.

Dominice Incarnationis Anno millesimo quadringentesimo sexto, Indictione quartadecima, die vigesimo primo Januarii. (1406, 21 Janv.)

Providerunt Domini Antiani pisani populi, partitis facto inter eos ad denarios albos et giallos, secundum formam Brevis pisani populi, et providendo liberaverunt:

D. Deam Guelfuccii de Sagalari, de capella Ste Ambrosii, D. Scholaiam de Malpileis, de capella Ste Petri ad vincula, et D. Elisabettam relictam Ciati de Cameto, de capella Ste Egidii: que donaverunt et obtulerunt libere se et sua monasterio Cartusie de Calci per publica instrumenta, ab omnibus et singulis taliis, datiis et prestantiis, que imposita sunt et de cetero imponentur per Comune Pisarum ita quod de cetero pro ipsis taliis, datis et prestantiis impositis et de cetero imponendis gravari vel molestari non possint ab aliquibus officialibus

11

officialibus Pisani Communis, deputatis vel deputandis ad ipsas datas, talias et prestantias exigendas; mandantes quibuscumque notariis, ad quos spectat, quod ipsas Dominam Decam, Nicolaiam et Elisabettam de quibuscumque libris datarum et prestantiarum et talliarum, qui nunc sunt facti et de cetero fierent, cassare et cancellare debeant vigore presentis provisionis, aliquo non obstante.

Ego Bartholomeus, filius ser Simonis notarii Farneta, Pisanus civis, Imperiali auctoritate notarius atque judex ordinarius, necnon notarius et scriba publicus Dominorum Antianorum, predictorum, predictarogatus rogavi et in actis Cancellarie eorumdem Dominorum scripsi et omnia in hanc publicam formam redegi. —

(Arch. cart. Pis. Original, parchemin, larg. 0,169. millim. long. 0,191. Sur la dos la n° 2012, celui de l'inventaire. N° actuel des Armoires)

1407, 3 Janvier. — Jeanne, veuve de Coscio Gambacurte, règle définitivement ses comptes, d'abord avec l'agent dont elle s'est servi pour l'administration des biens de son petit fils Lotto, et ensuite avec le procureur de la chartreuse de Calci, héritière des biens dudit Lotto. —

Ce long parchemin est déchiré sur le bord droit, et environ 5 cent. sur toute la longueur sont effacés par l'humidité. Je vais l'analyser succinctement, il serait impossible et inutile de le copier en entier.

In eterni Dei nomine, Amen. Ex hoc publico instrumento sit omnibus manifestum, Quod cum hoc sit quod Domina Johanna, uxor olim Coscii olim Francisci Gambacurte, de capella Ste Egidii, Pisane civitatis, tutrix et curatrix testamentaria Loctè minoris, nepotis et heredis suprascripti Coscii Gambacurte et filii olim Franciscii, olim filii suprascripti Coscii Gambacurte, relicta ipsius Locto a suprascripto olim Coscio cum .. Benedicto de Gambacurtis ... et Jacobo de Appiano .. per suum ultimum testamentum die 12 sept. 1388 st. ord. confirmata

confirmata in tutricem et curatricem, avec les susprénommés, par les juges "curie nove pupillorum" le 9 avril 1390, ind. 12a (en it. ord. 1389, 9 Avr.). Mais Benoît Gambacorte et elle même Jeanne, étant empêchés "de diversis et variis negotiis", nommèrent comme dicti Loci Actores, Pierre olim Ugolini, de capella Ste Paule ripe Arni ... ad omnia et singula que ipsi .. Benedictus ... et Johanna tutores ... habebant in mandatis et facere poterant de forma et tenora supra notati testamenti ... cette nomination par acte de notaire est du 1390, ind. 13a, 26 janvier. Benoît Gambacorte étant mort, les deux tuteurs survivants Jacques de Appiano et Jeanne font renouveler à Pierre Ugolini ses pouvoirs "Actoris" par acte de 1393, ind. 1a, 16 dec. (en it. ord. 1392, 16 Dec). Et dictus Petrus actor de forma et tenora dictorum mandatorum ... gessit et administraverit bona et debita dicti Loci pecunias exigendo et confitendo, locando et dislocando debita, possessiones et bona dicti olim Loci .... cumque ipse dom Petrus olim actor predictus dicat et asserat se reddidisse et consignasse dicte Domine Johanne tutrici et curatrici ... totum et quicquid et omnia et singula, quod et que de ipsius Petri manus pervenerunt .. de bonis et rebus dicti olim Loci pupilli, velitque et intendat dom Petrus ab administratione et gestis predictis in totum absolvi .. et cum instantia requirat a predicta Domina Johanna olim tutrice et curatrice ... quatenus sibi generalem finem, absolutionem et liberationem faciat de fideli valitura. .... Idcirco dicta Domina Johanna interrogata a dicto Petro dixit et confessa fuit, quod omnia et singula, que ipse Petrus gessit et fuit, administravit fideliter ... et ipsum Petrum .. sibi Domine Johanne plena .. reddidisse rationem ... administrationis ipsius ... et integre se habuisse et recepisse ... totum et quicquid, omnia et singula .. que de manus ipsius Petri pervenerunt occasione ... dicte sue administrationis, et maxime flor. undecimmilia nongentum sexaginta unum auri, sol. decem octo et denar. octo (11961 flor. 18 s. 8 den.)

descriptos

descriptos in tribus soldis in libro introitus .. actoris ipsius Pieri a fol. 2 ad fol. 16 inclusive ... et ad exitum a fol. 71 ad fol. 97 inclusive.

Ipsa Domina Johanna approbans, ratificans et confirmans omnia et singula .... faciens dicto Piero, pro se et suis heredibus .. generalem finem, absolutionem, remissionem et relaxationem et pactum perpetuum de ulteriùs non petendo, imbrigando vel molestando ipsum Pierum et ejus heredes etc. ... promisit ordinaria ... et stipulatione dei evangelia tangendo ... Actum Pisis in domo habitationis suprascripte Domine Johanne, posita in capella Ste Egidii, presentibus Bartholomeo olim Blasii de capella Ste Martini Kte, et Cino olim ser Nonis de capella Ste Egidii, testibus ad hec vocatis et rogatis, Dominice Incarnationis anno millesimo quadringentesimo septimo, indictione quinta decima, die tertia Januarii. — (1407, 3 janvier), —

In eterni Dei nomine, Amen. Ex hoc publico instrumento sit omnibus manifestum, quod Domina Johanna, relicta Coscii Gambacurte suprascripta, interrogata a domno Benedicto, olim Francisci de Janis procuratore ad hec et alia, ut dixit, dicti monasterii ..., heredis suprascriptorum Coscii et Locti .... fuit confessa in veritate apud se remansisse de relictis et nomine relictorum totius ejus quod ad ipsius Domine Johanne manus pervenit de bonis et de hereditatibus dictorum Coscii et Locti florenos octo millia ducentos sexaginta unum auri, 1 solidos decem octo, denarios octo denariorum pisanorum, apud eam restantes (8268 flor. 18 sol. 8 den.) de suprascriptis summis per eam habitis a suprascripto Piero Ugolini, actore predicto, ut in predicto instrumento habetur. Renuntiando exceptioni ... dictorum florenorum non habitorum .. apud eam restantium et ab ea non habitorum. quam exceptionem per solempnem stipulationem ... promisit dicto domno Benedicto, ~~dicto nomine~~ non opponere nec opponi facere ullo unquam tempore .. ad penam dupli dictorum florenorum et denariorum; Quas florenorum et denariorum quantitates dicta Domina Johanna

Tohanna per solamnam stipulationem convenit et promisit dicto
domno Benedicto, dicto nomine pro dicto monasterio stipulanti, dicto
monasterio aut huic certo nuntio pro eo, reddere, dare et solvere vel
reddi, dari et solvi facere ad omnem voluntatem dicti monasterii,
vel ejus certi sindici et procuratoris sufficientis, in florenos de auro
tantum et non in aliam contra dictorum monasterii, sindici vel
procuratoris voluntatem, sine omni briga, molestia, reclamatione
curie et ullis expensis; aliquin penam dupli dictorum florenorum
et denariorum, et omnes expensas que inde propterea fierent dicta
domina Tohanna per solemnem stipulationem promisit reddere,
dare et solvere, reficere et resarcire ... obligando inde se et suos
heredes et bona dicto monasterio et dicto domno Benedicto recipienti
ut supra: Renuntiando omni juri sibi competenti et competituro
contra predicta et quodlibet predictorum; Ita quod ad omnem
voluntatem dicti monasterii, seu ejus sindici et procuratoris, post-
quam dicta domina Tohanna requisita ad predicta solvendo
et restituendo seu reddendo contumax fuerit, ipsum monasterium
et ejus procurator possit et sibi licead, sua auctoritate propria
ingredi et apprehendere possessionem et tenere bonorum omnium
dicte domine Tohanne ubicumque cum decreto et sine decreto alicujus
judicis vel officialis ... dans et concedens dicto monasterio et ejus sindi-
co et dicto domno Benedicto pro eo recipienti plenam baliam et li-
beram potestatem de dictis bonis vendendi, alienandi, pignorandi
sibique retinendi etc.... Actum Pisis in suprascripto loco, presenti-
bus suprascriptis testibus et suprascripto Piero Hugolini Sparioni
testibus ad hec vocatis et rogatis, suprascriptis Ao ind. et die. (1607, 8 janv.)

Ego Ludovicus, filius Tohannis Matteferi, pis. c. l. a. notarius,
a pris dans les actes ci-suivant.

Ego Guaspar, filius Tohannis Matteferi, civis pis. hujus actis
notarius ... predictis modis instrumentis interfui etc....

Arch. cant. Pis

(Arch. cart. P.S. Original, parchemin, larg. 0,382 millim. long. 0,554. Sur le dos le n° 2013, celui de l'inventaire. N° actuel des Armoires.)

(1407. St. ord.) 1408, 7 Nov. — Les chartreux de Calci nomment différents procureurs pour agir en leur nom. — Procuration. —

In nomine Domini, Amen. Ex hoc publico instrumento sit omnibus manifestum, Quod venerabilis et religiosus Pater Dnus Jacobus de Bononia, quondam Arberigi, per Dei gratiam Prior monasterii Beate Marie Virginis et beati Johannis evangeliste, ordinis cartusiensis, sité in valle gratiosa de Calci, Pisane diocesis, in presentia, consilio et voluntate et consensu infrascriptorum suorum et dicti monasterii monacorum, videlicet: Domini Gregorii quondam Guidonis, Domini Ludovici Corsi, 7 moines Domini Dominici quondam Simonis, Domini Petri filii Alberti, Domini Luysii quondam Lanfranchi, Domini Benedicti quondam Francisci, et Domini Gerardi quondam Lamberti, qui sunt major et sanior pars et ultra quam due partes de tribus partibus monachorum dicti monasterii, congregatorum ad capitulum, ubi similia consueta sunt fieri: mandato supra scripti Dni Jacobi prioris, ut moris est, ad infrascripta specialiter facto, Et ipsi idem monaci una cum dicto Dno priore et ejus decreto et auctoritate, et ipse idem prior una cum eis, pro ipsis et eorum successoribus et dicto monasterio et vice et nomine dicti monasterii et ejus capituli et conventus, omni jure, via, modo, forma et nomine, quibus melius et efficacius potuerunt, per hoc publicum instrumentum fecerunt, constituerunt, ordinaverunt atque creaverunt eorum et dicti monasterii et conventus sindicos et procuratores, actores et certos nuntios speciales Dnum Jacobum priorem supra scriptum, et Dominum Benedictum quondam X Francisci, presentes et recipientes: et Dnum Nicholaum, filium Bonvenuti, priorem monasterii ordinis cartusiensis Lucane diocesis, ser Guasparem notarium, filium Johannis Massafari, pisanum civem, N.B. et Blasium

et Blasium [p]arium (spetiarium?) de Ste Miniate, commorantem Pisis in capella Ste Pauli ad ortum, licet absentes tanquam presentes et quemlibet eorum in solidum, ita quod occupantis non sit melior conditio, et quod unus eorum inceperit, alter nichilominus prosequi valeat et finire possit, de mandato et licentia dicti prioris... non revocando les procuras precedents... ad locandum et dislocandum, et civellandum, et alio quocumque titulo et modo concedendum etc... rien de particulier. pouvoirs ordinaires donnés aux procureurs pour l'administration... il y a ces exemplaires plus haut....

Actum in capitulo dicti monasterii, sito in valle gratiosa de Calci, presentibus Jacobo filio Andree, et Piero quondam Bonaviti, laboratoribus terre de Comuni Ste Viti de Calci, testibus adhibitis et vocatis, Dominice Incarnationis Anno millesimo quadringentesimo octavo, indictione prima, die septimo mensis novembris, secundum cursum et consuetudinem Pisane civitatis. — (In Hiord. 1407, 7 Nov.)

Ego Nicolaus, quondam Ser Jacobi notarii dal Passera de vico, civis pisanus, Imp[e]ri auct[e] judex ord. atque notarius, predictis omnibus et singulis interfui[s] rogatus scribere scripsi et firmavi et ad majorem cautelam predictorum meo signum et nomen apposui consueta.

(Arch. cast. Pis. Original, parchemin, larg. 0,177 millim. long. 0,527. N'a pas de n° sur le dos, n'est pas dans l'Inventaire. — N° actuel des Armoires.). —

1408, 31 Julii. — Priores Artium Florentie et coetari, ad quos spectat, eximunt Cartusiam Calci a quadam imposi-tione indicta universo dare civitati et comitatui Pisarum, ob nonnulla incommoda dicte Cartusie illata in bello Florentinorum contra Pisanos. —

In Dei nomine, Amen. Existentibus pro magnifico et potenti populo et communi Florentie magnificis et potentibus Dominis,

chino

Chino Pieri Chini Lippi spadario — Bartholomeo Laurentii grassi } pro quartario Stī Spiritus.
Manetto Luccii Schambrille — Gerio Gherardi Gerii de Rivalitis } pro quartario Stæ Crucis.
Arrigo Tohannis Mazinghi — Paulo Cini de Nobilibus } pro quartario Stæ Mariæ Novelle.
Angelo Tohannis de Pino — Tohanne Nofrii Bischeri } pro quartario Stī Tohannis

} Prioribus Artium

at Domino Filippo Domini Tommasii de Corsinis, milite et egregio legum doctore, vexilifero justitie predicto quartario Stī Spiritus populi et comunis Florentie, quorum officio salis sumpsit initium die prima mensis julii Anno ab Incarnatione Domini nostri Thesu christi millesimo quadringentesimo octavo, indictione prima (1408, 1ª julii). Hic est liber sive quaternus continens in se propositorum extractiones, protestationes officialibus factas, electiones officialium, licentias, securitates, sfantiamenta appodiarum, subscriptiones relegatorum et seu confinatorum presentationes, condemnationes multas, precepta et alias quam plurimas, varias et diversas scripturas et acta ad officium prioratus dictorum Dominorum priorum pertinentia et expectantia et scripta et publicatas partim per providum virum ser Gerium Simonis de Monterinaldi, notarium et civem florentinum et tunc predicto populo et comuni Florentie notarium et scribam dictorum Dominorum priorum et vexillifori, et partim per ser Laurentium Francisci Andree et ser Pierum Betti de Filicaria, cives et notarios florentinos, coadjutores dicti ser Gerii in dicto officio notariatus, sub anno, indictione predictis, diebus vero et mensibus ipis describendis videlicet:

Die primo mensis julii. Extractus fuit secundum ordinamenta comunis Florentie in prepositum et ad officium propos-

- itatus pro

_itatus pro tribus diebus proxime secuturis etc...

Die XXXI Julii. — Magnifici et potentes Dominus Dominus Priores Artium et vexillifer justitie populi et communis Florentie, visis et cum officiis Gonfalonariorum, sociis status populi et duodecim bonorum virorum dicti communis in palatio populi florentini in sufficientibus numeris, more solito, collegialiter adunatis pro ipsorum officio exercendo: Considerantes quandam querelam coram eis expositam et narratam, pro parte monasterii et sociorum heremitarum sanctorum Marie et Johannis Vallis gratiose, ordinis cartusiensis, de Valle Calcis, comitatus Pisarum, continentem in effectu, Quod per Dominum episcopum Fesulanum et socios fuit eis indicta quedam (in dicta) imposita et onus (onera?) imposite et gravedinis, prout ultimo indictum fuit universo dare civitatis, comitatus et districtus Florentie ac etiam Pisarum; Et quod propter guerram quam Comune Florentie gessit et exercuit atque facit contra civitatem Pisarum multa (ita) damna gravia et enormia receperunt: Et quod dictum monasterium et sui heremite debent recipere et habere a Comuni Pisarum de et super massam dicti communis quantitatem et summam florenorum trecentorum auri vel circa, quos florenos, obstante guerra et novitatibus et revolutionibus in dicta guerra hinc inde occursis, et reparare, recipere et habere non possunt, et sic remanent eorum bonis, propter guerram predictam, et pecuniis destituti: Et non valentes onus imposita antedicta, deliberaverunt et proposuerunt recurrere ad clementiam dictorum Dominorum sperantes ab eisdem benignam gratiam reportare. Et habita informatione veridica et plena fide de impotentia et egestate dicti monasterii: Et volentes eorum petitioni tanquam juste favorabiliter annuere et eorum impotentie oportunis favoribus subvenire, misso tamen facto et celebrato inter eos diligenti et secreto scrutinio et ad fabas nigras et albas obtento partito, ut

moris est

moris est, secundum ordinamenta comunis Florentie, eorum officii autoritate et vigore et omni modo, via et jure, quibus magis et melius potuerunt, Providerunt, ordinaverunt et deliberaverunt, Quod predicta imposita, de qua supra fit mentio, supradictum monasterium et seu heremita S. Marie et Johannis et eorum bona, res et jura ac etiam persone vel eorum alicuius non possint vel debeant per aliquem Rectorem, vel officialem, civitatis, comitatus et districtus Florentie et seu Pisarum, aut aliam quamcumque personam, quacumque autoritate, dominio, jurisdictione et seu preminentia fungentem, tam ecclesiasticam quam secularem, capi, detineri, gravari, arestari aut realiter vel personaliter conveniri, quacumque ratione, jure, modo vel causa, donec et quousque dicto monasterio et seu heremitis de dicta quantitate florenorum ducatorum vel circa per comune Florentie fuerit integraliter satisfactum.

Non obstantibus in predictis vel aliquo predictorum aliquibus statutis, ordinamentis, provisionibus, obstaculis seu repugnantiis quibuscumque in contrarium loquentibus quoquo modo, quibus quo ad (lire quo ad?) supradicta intelligatur esse et sit nominatim expressa, specialiter derogatum. —

Ego Pierus, filius quondam Batti da Filicaria, civis florentinus, Imperiali autoritate notarius publicus atque judex ordinarius et tunc coadjutor dicti ser Gerii Simonis de Monterimaldi notarii dictorum Dominorum, predicta omnia contenta in presenti et proxime precedentibus foliis cartarum membranarum supra per me scripta, ex actis et libris actorum comunis Florentie existentibus in palatio popoli florentini, penes eundem ser Gerium sumpsi, scripsi et in hanc publicam formam redegi: Ideo que me subscripsi et signum meum apposui consuetum. — (au dessous il y a une petite tache ronde qui semble être les restes d'un sceau appliqué sur le parch.)

(Arch. cast. Pis. Original, double feuille de parchemin, larg. 0,218. millim. long. 0,297. — Sur la double 2 et 21. celui de l'Inventaire, qui a mis la date au 1er fol.

du 1er Juillet 1409 . Nc actuel des Armoires). —

(1410. N. ord.) 1411, 18 Julii. — Les chartreux de Calci nomment un procureur qui choisira deux arbitres pour examiner et confirmer, s'il y a lieu, l'échange fait avec Laurent Ciampolini. —

à gauche ce parchemin est tout déchiré - 8 à 9 lignes de la moitié de dit parchemin n'existant plus, sans compter 3 trous qui sont à droite.

In dorso Dei nomine, Amen. Certum est quod inter monasterium, priorem et fratres sanctorum Marie et Johannis Evangeliste, ordinis Cartusiensis, Vallis gratesole de Calci, Pisane diocesis, ex una parte, et Laurentium olim Ghelis Ciampolini, civem pisanum, ex altera parte, verisimiliter verteretur et timeatur esse questio, causa et controversia de et super quadam permutatione, que dicitur esse facta inter dictas partes de Podere et Castro Alice, sito in Vallehare, comitatus pisani, et de aliis possessionibus sitis in dicta Vallehare, ad dictum podere spectantibus et pertinentibus: que quondam fuerunt Colcii et Locte de Gambacurtis, de Pisis, et postea spectaverunt et pertinuerunt ad suprascriptum monasterium de Calci: de qua dicta permutatione dicitur constare per publicum instrumentum rogatum a ser Bartholomeo notario, olim ser Pieri notarii de Ghessano, cive pisano sub suo tempore et datali (dat. 1404, 8 dec.). Quam permutationem Prior et fratres dicti monasterii de Calci dicunt non fuisse juridice factam et fuisse et esse nullam et nullius efficacie, roboris vel momenti: Et propterea dictum podere et castrum Alice, cum omnibus aliis possessionibus ad dictum podere spectantibus, dicto monasterio et ejus priori et fratribus pro et esse pro dictum Laurentium restituendum et restituri debere de jure propter nullitatem dicti contractus. Et in casu quo dictus contractus non esset nullus, set valeret de jure, quod negatur, dicunt dicti prior et fratres dicti monasterii ex dicto contractu fuisse et esse enormiter lesos, et ideo restituendos (mot déchiré) et contra

et contra dictum contractum propter eorum lesionem: Et seu ipsum contractum permutationis debere rescindi propter ejus nullitatem et seu lesionem dicti monasterii, et aliis causis et rationibus hoc loco et tempore allegandis; Et de et super quodam asserto computo rationis diversarum pecuniarum quantitatum receptarum per dictum Laurentium pro dicto monasterio, ab ipso monasterio et aliis personis pro dicto monasterio et ipsi monasterio debitarum; earundem diversarum pecuniarum quantitatum, ut dicitur, solutarum per dictum Laurentium fratribus dicti monasterii et seu aliis personis pro dicto monasterio, et seu personis habentibus recipere ab ipso monasterio aequo computo dicitur constare per librum dicti Laurentii. ibi tenus (sic)

X Et Rev^dus in X^to pater et Dns Stefanus, prior monasterii Pontiniaci de Senis, ordinis cartusiensis, vult et sibi placet quod predicte lites cause et questiones et ab eis dependentes incidentes et emergentes compromictantur in duos bonos viros cognoscende, examinande, diffinienda et decidenda secundum Deum et bonam et puram conscientiam et secundum quod fieri deberet per judices, qui super predictis forent in foro conscientie deputati. Quapropter religiosus et honestus vir Dominus Ludovicus de Florentia, prior monasterii cartusie de Calci, presentia, consensu et voluntate infrascriptorum monacorum dicti monasterii, videlicet: Domni Ludovici quondam Cursi de Castro Ste Johannis, Domni Dominici dicti Simonis de castro Ste Marie de Montana, Domni Petri ... Alberti ... declarie ... ante eum sacrista ..... presentibus Domno Gregorio olim Guidonis de civitate ..... vicario dicti monasterii, et Domno Ludovico de Saona ..... absente Domno Benedicto de Senis, procuratore dicti monasterii .... ad civitatem pisanam propter negotia dicti monasterii .... assembleis au chapitre comme de coutume, constituerunt et nominarunt in judicium et procuratorem seu Johannem notarium, olim Andree Coriarii, civem pisanum, presentem

prescriptum et mandatum, recipientem : Ita tamen quod exhibito...
.... (plusieurs lignes dont il ne reste que la moitié, et où il semble que le dit procureur est chargé de faire voir les raisons contre cet échange devant des arbitres) Et exhibitis coram eis quibus .... de dicta asserta permutatione obtemptis a reverendissimo ... domno Stefano priore generali ... ordinis Cartusiensis, quarum ... effectu continetur quod prior et fratres dicti monasterii possint permutare cum Laurentio Ghalis Campulino castrum Alica et omnes possessiones que quondam fuerunt Colcii et Locti de Gambacurtis, siti in valle Chere ..... dicti Laurentii sitas in civitate pisana valentes .... reditus : Et alia in effectu continet, quod dicti prior et fratres possint dictas possessiones, que olim fuerunt dictorum Colcii et Locti, permutare cum dicto Laurentio contra possessiones dicti Laurentii sitas sive in civitate pisana, sive in comitatu pisano ex quibus possit percipi et haberi fructus non cum tam magna incommoditate sicut habetur de possessionibus Alica : hac etiam exhibita quadam confirmatione facta per dictum Rev^mum patrem generalem priorem ... continet in effectu qualiter prefatus Rev^mus pater prior generalis confirmavit et approbavit contractum permutationis facte inter prefatos priorem et fratres monasterii Cartusie de Calci et Laurentium Ghalis suprascriptum, de consensu et auctoritate Domni Nicolay de Luco, prioris monasterii Cartusie de Luco, et de consensu et voluntate Domini Benedicti de Rumbino, legum doctoris, et ser Francisci Comagi notarii, civium pisanorum, peritorum et electorum, ut dicitur, a dictis partibus occasione dicte contractus permutationis, de quo contractu apparet per cartam rogatam a ser Bartholomeo notario, olim ser Pieri notarii de Ghessano, sub anno Domini 1[illegible] : Et de dictis assertis instrumento permutationis et recantis et confirmatione habita copia integra per suprascriptum sindicum et procuratorem, ut possint videre jura dicti monasterii

de Calci

de Codici et respondere debiis, que occurrent in dictis questionibus de quibus supra mentio facta est; Compromictat et compromictere possit omnes et singulas lites, causas et questiones predictas et ab eis dependentes, incidentes et emergentes in Reverendissimos in Xto patres Dominum Stefanum, priorem monasterii Cartusiensis de Pontiniano de Senis, et Dominum Franciscum, priorem monasterii Cartusiensis de Florentia, tanquam in amicos communes et bonos viros eligendos a dicto sindico et dicto Laurentio, si dicto Laurentio placuerit. Et dictus sindicus dicto nomine det et concedat prefatis Revmis prioribus, amicis communibus et bonis viris eligendis a dictis partibus, baliam, auctoritatem et potestatem in procedendo, cognoscendo et investigando de predictis litibus, causis et questionibus et de dependentibus, incidentibus et emergentibus, cum scriptura et sine scriptura et extra ordinem juris et etiam sine ulla juris solempnitate servata, et eo modo et forma prout et sicut dictis Rev.mis prioribus videbitur et placebit. Et remittat dictus prioribus omnem juris tramitem et rigorem in cognoscendo et investigando de predictis, in diffiniendo vero de predictis et quolibet predictorum, det et concedat dictus sindicus, dicto nomine, dictis prioribus, baliam, auctoritatem et potestatem, quatenus secundum Deum et bonam et juram conscientiam, et sicut judicari debet in foro conscientie, habito per eos in scriptis consilio consultoris, quem elegerint, nostre parte suspectum, proprio sigillo munito, sive dictus consultor fuerit legum doctor, sive fuerit decretorum doctor, sive fuerit sacre theologie magister, prout ipsi priores receperint secundum dictum consilium inde recipiendum ab ipso consultore, secundum Deum et bonam et juram conscientiam, et prout et sicut judicari debet in foro conscientie. Ita ipsi priores de predictis, causis et questionibus, dependentibus, incidentibus et emergentibus debeant, possint et valeant judicare simul de omnibus

NB. -- tiniano de Senis, et Dominum Franciscum, priorem monasterii Cartusiensis de Florentia

-nibus

-nibus eodem tempore et momento, et non aliter vel alio modo:
Et volunt quod prefati patres priores, virtute commissionis eis facte,
de predictis possint ullo modo aliter judicare quam superius dictum
sit, vel remictere de jure emis partis et dare altari parte, etiam
in parva vel minima quantitate; Et si secus fieret, sit irritum et
inane. Et nichilominus si dicti priores secus seu aliter judicaverint
seu fecerint de predictis, eorum commictentie sint et remaneant
honerate quo ad Deum et mundum. Et predicta omnia et singula
dictus sindicus dicto nomine ponat et pactatur expresse in instru-
-mento compromissi inde fiendi. Et in casu quo dicto Laurentio
non placeret compromictere dictas lites, causas et questiones
eo modo, ut dictum est: ipse sindicus, vice et nomine dicti capi-
-ituli et conventus ipsas lites, causas et questiones compromictat
in prefatos priores cognoscendas de facto et sententiandas de jure
sive sententiandas et cognoscendas de jure; Et insuper promictat
dicto Laurentio stare et parere sententie ferende de predictis
secundum quod supra dictum est, et non contra facere vel venire
per se vel per alium, ullo unquam tempore, modo vel jure, de
penam de quâ dicto sindico et procuratori videbitur et placebit.
.... Et generaliter omnia et singula alia faciat, gerat et procurat
in predictis et circa predicta que fuerint necessaria, utilia et
oportuna pro executione predictorum: Dantes et concedentes
dicto eorum sindico et procuratori in predictis et circa predicta
et quolibet predictorum planam, talem et liberam potestatem
et plenum, liberum et generale mandatum, cum plena, libera
et generali administratione. Promictentes etc... quelques lignes
de formules.... Actum in capitulo dicti monasterii, posito in
Valle de Calci, pisani comitatus et pisane diocesis, presentibus
Antonio olim Bartali dicto Guillo de Calci, de capella Ste Silvestri
pisane civitatis, et Bartholomeo Johannis de Senis, famulo dicti
monasterii

monasterii, testibus ad hec rogatis et vocatis, Dominice Incarnationis Anno millesimo quadringentesimo undecimo, indictione tertia die octavo decimo Julii, secundum consuetudinem Pisane civitatis. (en st. ord. 1410, 18 juillet). —

Ego Bartholomeus quondam Gardonis de Calci, pisanus civis Apostolica et Imp. aut. not. atque judex ad. predictis omnibus et singulis, dum sic agerentur, interfui et .. a fait écrire par un autre. ..

(Arch. Cart. Pis. original, parchemin, larg. 0,500. millim. long. 0,420. N'a pas sur le dos le n° de l'Inventaire, qui n'a pas n° actuel des Armoires.). —

1410, 13 sept. — Les Provisaurs de Pise déclarent les Dommées de de la chartreuse de Calci, Dea Guelfuccio et Nicolaio de Malpighis, exemptes d'impôts. —

In Dei nomine, Amen. Nobiles viri, pro magnifico populo et comuni Florentie, Decani Provisores civitates, comitatus et districtus Pisarum, simul Pisis in sufficienti numero in domo eorum solite residentie, pro ipsorum officio exercendo et pro utilitate tam comunis Florentie, quam etiam utilitate et fortificatione dicte civitatis et ejus citadelle, et omni meliori modo, via et jure, quo, quibus magis et melius potuerunt, vigore eorum officii, auctoritate et balia eisdem per quecumque ordinamenta comunis Florentie concessis, Advertentes et considerantes ad quandam deliberationem factam per nobiles viros! viri (sic) distributores estimi civitatis Pisarum, pro comuni florentie, ayus tenor talis est videlicet: In Dei nomine, Amen. Anno Incarnationis Domini nostri Yhesu Christi millesimo quadringentesimo octavo, indictione secunda secundum cursum et morem Florentie, die vigesima secunda mensis decembris (1408, 22 Dec.). Nobiles viri distributores estimi civitatis Pisarum pro comuni Florentie, audito fratre Gregorio

x Gregorio Piari, procuratore monasterii cartusie de Luca, u arrante in effectu, Quod Domina Dea Guelfuccii de cappella Ste Ambrosii de Pisis, et Domina Nicolaia de Malpighis de cappella Ste Petri ad vincula, se cum omnibus suis bonis commisserunt monasterio certosie de Calci, et potest per instrumenta publica coram ipsis producta, et quod, secundum ordinamenta communis Florentie, ipsis non potest nec debet imponi gravedo aliqua: Et volentes eisdem iustitiam ministrare, habita invicem deliberatione matura, demum inter ipsos omnes, servatis servandis, providerunt, ordinaverunt et deliberaverunt ac declaraverunt dictis Dominabus imponi non debere vel posse aliqua gravedo imposita et seu onus (sic). Unde quod si dicta Domine forent reducte in reductione per ipsos officiales facta per me Antonium, iterum possint et debeant impune et licite cancellari. Ego Antonius, filius Guiglelmi Angiolini notarius florentinus et tunc pro communi Florentie notarius et scriba dictorum officialium predictam, eorum deliberationem (sic) subscripsi. — Visa igitur supra scripta deliberatione et provisione, et considerantes quod pia loca debent favori et haumentari et precipue monasteria hujusmodi ordinis, servatis servandis debitis et in similibus requisitis, et pro utilitate et fortificatione urbe Pisarum, providerunt, ordinaverunt et deliberaverunt ac etiam decreverunt et statuerunt, Quod dictum monasterium et ejus fratres, capitulum et conventus et eorundem bona, ullo unquam tempore, in perpetuum (sic) predictis Dominabus et seu pro gravedinibus et oneribus ipsarum vel alicujus ~~ipsarum~~ earum, nullo modo possint vel valeant gravari, cogi, compelli, capi, detineri, figurari, stagiri et sequestrari aut aliqualiter molestari in personis vel bonis, directe vel indirecte, tacite vel expresse, invidiose vel ex) per aliquem rectorem, judicem vel officialem, nuntium familiam (sic) vel barrovarium, quocumque officio vel jurisdictione

-tione

-tione exercentes vel potestate aut mandatum habentes contra
(ff (p fuma) civitatis, comitatus vel districtus Pisarum. Mandantes
omnibus et singulis predicta omnia et singula suprascripta invio-
-labiliter observari et observarifacere, non obstante aliquo
in contrarium disponente vel dicente quoquomodo.

Acta fuerunt omnia et singula suprascripta Pisis in loco solite
residentie dictorum dacem sub anno Domini ab ejus salutifera in car-
-natione millesimo quadringentesimo decimo, indictione tertia
decima tredecimo mensis septembris. (1410, 13 Sept. — l'indiction 3e est
celle de 1410 de montre que ce n'est pas le style pisan). —

Ego Franciscus quondam Johannis de Arigartis, de Florentia
Imperiali auctoritate judex ordinarius notarius quepublicus flo-
-rentinus et tunc notarius substitutus officio dictorum dacem coram
mandatum subscripsi. —

(Arch. cath. Pis. Original, parchemin, larg. 0,230 millim. long. 0,220.
Sur la dos la n° 2 o 24, celui de l. Inventaire. — N° actuel des Armoires)

(1411. st. ord.) 1410, 19 Janvier. — D. François de Médicis,
Prieur de la chartreuse de Florence, choisi comme arb-
-itre, confirme l'échange fait entre la chartreuse de Calci
et Laurent Ciampolini. —

In Dei nomine, Amen. Nos Franciscus, quondam Albizi
× de Medicis, de Florentia, prior dompnus capitulique et conventus
monasterii Ste Laurentii de Monte Agneto de prope Florentiam,
ordinis cartusiensis, arbiter et arbitrator electus et assumptus
per arbitralem et amicabilem compositionem, a Ven.lé viro
+ Dompno Lodovico, quondam Lodovici de Florentia, prioris et
dompno monasterii, capituli et conventus Ste Marie et Ste Johan-
-nis evangeliste vallis gratiose de Calci, ordinis cartusiensis
Pisane diocesis, ac etiam ut et tanquam sindicus et procurator
et sindicario

et sindicario et procuratorio nomine dicti capituli et conventus Ste Mie et Ste Joh's Evangie ad infrascripta omnia et alia legiptime et plene constitutus per publicum instrumentum sindicatus publice scriptum manu ser Bartholomei Gardonis de Calci civis pisani notarii publici, Ae Dnice Incar's 1411: inde 4a et die 2a mensis januarii (1411, 2 Januar) secundum cursum ... pisanum, et qualibet modo et nomine in solidum et parte una: et a Johanna filio et procuratore et procuratorio nomine Laurentii quondam Ghelis Ciampolini, civis et mercatoris pisani, qui Laurentius hodie moratur in civitate Florentie in populo Ste Laurentii, ex parte alia: super litibus et questionibus, controversiis et interdictas partes dictis nominibus vertantibus et existantibus et que vertiposs[unt] inter dictas partes ... ad laudandum, sententiandum, arbitrandum et finaliter debite terminandum, et de compromisso in nos facto et balia et potestate nobis concessa a partibus supradictis constat et apparet per instrumentum publicum scriptum manu ser Francisci Antonii, notarii Florentie. Vidimus namque dicto compromisso et balia et potestate nobis nobis concessa a partibus supradictis: Et visis petitionibus coram nobis factis et responsionibus ad eas factis: Et visis etiam juribus partium predictarum et cujuslibet earum, et ipsis partibus auditis et intellectis, et visis que videnda fuerint, viam arbitratoriam et amicabilem compositionem diligentes, et pro bono pacis et concordie partium predictarum et cujuslibet earum pro tribunali sedentes in loco infrascripto, vigore compromissi in nos facto et balia et potestate nobis concessa a partibus supradictis, et omni modo, via et jure, quibus magis et melius possimus, et de licentia, voluntate et consensu Revmi in Xto Patris Dompni Stefani Corradi de Genua, visitatoris ac vicarii et locumtenentis in tota Italia generalis prioris totius dicti ordinis Cartusiensis, laudamus, sententiamus, diffinimus et arbitramur

inter

inter partes predictas prout inferius continetur, videlicet:

In Primis quidem, viso et considerato quodam publico instrumento cambii et permutationis, publicato manu ser Francisci, olim ser Piери notarii de Ghassano, civis pisani, et rogato a ser Bartholomeo notario, filio olim ser Pieri infrascripti, notarii publici pisani, per quod patet qualiter in Anno Domini MCCCC° quinto, indictione tertia decima, de mense decembris (st. flor. 1404, Dec. 18) secundum cursum et consuetudinem pisanam, Ven.lis vir Dompnus Bartholomeus, quondam Pieri de civitate Fori Julii, prior conventus et monasterii Sanctorum Marie semper Virginis et Johannis Evangeliste vallis gratiose de Calci, pisane diocesis et comitatus, ordinis cartusiensis, cena cum suis et dicti conventus fratribus et monachis et aliis in dicto instrumento permutationis et cambii nominatis, servata solempnitate de jure requisita, pro evidenti utilitate et commodo dicti monasterii, et pro evitando pericula scandalosa et incommoditates et dispendia et etiam aliis causis legittimis, permutaverunt ac permutationis titulo dederunt, tradiderunt, et verum, liberum, perfectum et absolutum dominium transferendo concesserunt dicto Laurentio quondam Cholis Ciampolini, civi pisano, presenti et intelligenti, et pro se et suis heredibus et successoribus universalibus et singularibus recipienti, in perpetuum, pro aliis ipsius Laurentii domibus, prediis ac terrarum, pratiis, castris, domos et predia, terrarum, pretia et bona dicto monasterio acquisita et proventa de bonis et hereditate Lotti, filii et heredis quondam Francisci olim Colcii de Gambacurtis: Videlicet: Patium cum terra, quod est podium, cum castro Alice, cum burgo portum murato et partim stachato, domibus libellatis et non libellatis, casalinis, viridariis, ortis, casis, officinis carbonariis, arcaprudibus divarsarum manerierum, ubi ad etiam ecclesia Ste Marie dicte

castri

Castri Alice, cum suis tenimentis, cum viis per quas itur ad portam burgi, ad ipsum castrum, quod quidem castrum habet palatium cum porticibus in voltis, cum claustro, ubi est turris cum cisterna in pede ipsius turris, cum alia domo solariata, cum muris merlatis, curridorio, portis ferratis et antemuro cum toris et barbacanis, merlato et turricellis circum circa, et portis ferratis et porta ad pontem levatorium, et in eum domibus libellatis et non libellatis, casalino et casis sitis in ipso burgo in earum confinibus, et multa alia bona, res et jura in dicto instrumento dicte permutationis et cambii contenta, resignata et rescripta, et de quibus in ipso instrumento fit mentio; ad habendum, tenendum, gaudendum et usufructandum et de tunc inceps retinendum et alia faciendum, de quibus prout et sicut in dicto instrumento permutationis ... latius continetur cum omnibus et singulis juribus, jurisdictionibus, honoribus, prerogativis et emolumentis, domibus, burgis, fortilitiis et officinis casis, turris, fossionibus cultis et incultis, vineis, ortis, pratis pascuis, silvis, nemoribus, fossatis, venationibus, aquis, piscariis, aqueductis, molendinis, pedagiis, servitutibus, tenimentis, territoriis, censibus, feudis et livellis, actionibus realibus et personalibus, servitutibus quibuscumque ad dictum castrum seu dicti castri burgum .... pertinentibus ... et aliis omnibus ad ipsum monasterium spectantibus ... vigore hereditatis dicti olim Lotti ... et cum juribus patronatus ecclesiarum seu dorum Marie de Alica et Christofori extra podium, et quarumcumque exclusionum, preeminentiis, balis et autoritatibus ipsis et dicto monasterio competentibus etc. .....

Et versa vice dictus Laurentius in cambium et permutationem pro bonis de quibus supra in dicto instrumento fit mentio, ipsi Laurentio datis et traditis per dictum publicum instrumentum 12

-mentum permutavit, dedit et tradidit jure proprio et in perpetuum, eo modo, in cambium et permutationem pro infrascriptis castro fortilitio domibus etc... prefatis prioribus et monacis ..... certa pecia terrarum cum domibus et alia bona descripta et notata in dicto instrumento permutationis, ad habendum et gaudendum etc... ut supra.

Et visa licentia prius habita et obtenta a dictis fratribus.. a ven^lis et religioso viro Dompno Stefano Corradi de Senis, ordinis cartusiensis, tunc priore generali dicti ordinis, de faciendo dictam permutationem cum dicto Laurentio Chelis Ciampolini, et alia faciendi de quibus prout et sicut in litteris prefati Dni generalis prioris totius dicti ordinis latius continetur. Et visis etiam quibusdam aliis ~~quibusdam~~ litteris prefati ven^lis viri Dompni Stefani.. ..... datis die quartadecima mensis januarii A° Dni MCCCC° quinto (1405, 14 Januar) sic in domo dicti ordinis ste Johannis Bpte in Leya ordinis cartusiensis, sigillo dicti ven^lis viri Dompni Stefani et seu ordinis munitis et manu propria suscriptis, quarum litterarum tenor sequitur, et est talis, videlicet: Fr. Stefanus quondam Corradi de Senis, ord^is cartus^is, humilis prior generalis, dilectis sibi in X^to Dompno Bartholomeo, quondam Piero de civitate Fori Julii, priori monasterii Sanctorum Marie et Johannis Evangeliste Vallis gratiose de Calci, Pisani comitatus, ordinis cartus^i, ac ipsius monasterii monacis et fratribus et conventui et Laurentio quondam ser Chelis Ciampolini, filiano civi etc. in quibus et per quas prefatus Dns generalis prior dictam permutationem et cambium factum tali per priorem et capitulum antedictum cum dicto Laurentio Ciampolini de bonis et juribus de quibus supra fit mentio, et omnia et singula in eis contenta confirmavit, approbavit et emologavit, ac eorum et totius ordinis cartusiensis auctoritatem et decretum interposuit, prout latius in dictis litteris sigillatis sigillo dicti ordinis continetur: Et visa insuper apprehensione tenute et possessionis postea facta pro parte dicti

Laurentii

Laurentii in et de dictis bonis eidem Laurentio traditis, datis et con-
-cessis ex causa dicte permutationis. Et visis etiam quibusdam
litteris apostolicis ssmi in Xto Patris et Dni Dni Innocentii divina provida-
-tia Pape VII, sub Datum Rome apud S. Petrum quarto nonas Aprilis
sui pontificatus anno primo (1405, 2 Avril) ejus bulla plumbea bul-
-latis, per quas litteras et bullas apostolicas prefatus ssmus pontifex
etiam prefatam permutationem et cambium confirmavit et validavit
et latius patet in dictis litteris apostolicis. Et visis etiam et consideratis
quibusdam aliis litteris apostolicis ssmi in Xto Pris et Dni Dni Johannis
divina providentia Pape XXIII, bulla plumbea cum filis sericis impen-
-dentibus bullatis, in quibus etiam apparet qualiter prefatus ssmus
in Xto Pris et Dns Dns Johannes papa XXIII dictam permutationem
et cambium ? (item? etiam?) approbavit et confirmavit, ut latius patet
in dictis litteris sub Datum Bononie octavo Kalendas Junii sui ponti-
-ficatus anno prima. (1410, 25 Maii). Et auditis precibus et fratribus
dicti conventus Ste Marie et Johannis Valleis gratiose de colli, dictis
-tibus dictum monasterium fuisse deceptum et seu enormiter lesum
et damnificatum in permutatione predicta: Et facta diligenti
examinatione per nos et alios de permutatione et cambio predicto
et de valore et proventibus et redditibus bonorum, tam per dictum
monasterium datorum et traditorum dicto Laurentio, quam etiam
bonorum per dictum Laurentium traditorum dicto monasterio: Et
omnibus et singulis visis et consideratis, calculatis et examinatis
et que videnda et consideranda fuerunt (sic!): Vigore dicti compromissi
et balia nobis concessa et attributa, et omni modo, via et jure,
NB. quibus magis et melius possumus, laudamus, sententiamus, pro-
-nunciamus, recernimus et declaramus et arbitramur dictam
permutationem et cambium factum (sic?) inter dictas partes dictis
modis et nominibus, de qua supra fit mentio, fuisse et esse fac-
-tum rite, recte et legitime, et valuisse et tenuisse et valere et tenere
et confirm-

et confirmandum fuisse et esse et confirmari et aproberi debere, ipsamque permutationem et cambium et omnia in instrumento dictorum permutationis et cambii contenta aprobamus, confirmamus et validamus et mandamus per ipsas partes et quamlibet earum, observari et exequtioni mandari in omnibus et per omnia, prout et sicut in ipsis permutatione et cambio et instrumento permutationis et cambii continetur et fit mentio. —

Item visis et considerato quod dictus Laurentius Ciampolini petebat et petit dicto monasterio Sterum Marie et Johannis Vallis gratiosa de calci florenos auri quingentos (500 flor.) in una parte, quos asserebat et asserit dictus Laurentius mutuasse dicto monasterio tempore Gabrielis Marie pro solvendo certas tallias seu impositiones factas dicto monasterio: Et in alia parte etiam petebat et petit dictus Laurentius dicto monasterio florenos quingentos, quos dixit se solvisse pro edificatione dicte ecclesie suprascripti monasterii; Item in alia parte etiam petebat et petit dictus Laurentius a dictis fratribus et monacis sexcentos quinquaginta unum (651 flor.) quos asserebat et asserit se solvisse pro interesse et provisionibus dicte quantitatis pecunie dicto Laurentio, et ab eis debitorem per dictum monasterium. Et visis et diligenter calculatis omnibus et singulis suprascriptis habitis et solutis hinc inde, et compensatis habitam hinc inde, laudamus, sententiamus et declaramus dictum monasterium, capitulum et conventum fore et esse debitorem dicti Laurentii, ex causis supradictis, solum et ducentos et quinquaginta florenos auri quingentos quinquaginta (550 flor.) in quibus quidem florenis auri 550 prefatum monasterium, capitulum et conventum condampnamus ad tradendum et solvendum prefato Laurentio Ciampolini, salvis hiis que infra per nos laudata et arbitrata sunt. —

N.B.

Item cum vobis constet dictum monasterium non habere ad presens pecunias ex quibus possit solvi et satisfieri dicto Laurentio, decreto nos

nos arbitrum et arbitratorem predictus dominus, condempnamus, assignamus et adiudicamus dicto Laurentio in solutum et in pagamentum et pro solutione et satisfactione florenorum auri quinquaginta (50 fl.) ex dicta et de dicta summa suprascripta et quantitate florenorum auri quingentorum quinquaginta, de qua supra proxime fit mentio et in qua quantitate dictum monasterium, capitulum et conventus est declaratum, debitor dicti Laurentii, infrascripta bona dicti monasterii, que olim fuerunt dicti Laurentii, videlicet: Unum petium terre cum domo solariata ad unum solarium cum dimidio et cum duobus archis, positum in civitate Pisarum, in capella Ste Blasii delle catene, ante plateam del grano, que tenet duo capita cum uno latere in via publica, et circulatus in terra ecclesie Ste Blasii ... ad habendum, tenendum et possidendum etc.... il fut mis en pleine possession. —

Item cum reperiamus et nobis constet dictum Laurentium Ciampolini, tempore facte dicte permutationis et cambii, ... promisit verbotenus dictis fratribus ... quod si et in quantum ipsi fratres ... non perciperent omni anno prefens ione usque in decem annos, initiatos die qua fuit facta permutatio predicta, florenos auri centum ... de quadam domo et apotecis de lapidibus positis in civitate Pisarum in burgo de Pisis ante ecclesiam Ste Michaelis de Burgo, in dicta permutatione ... descriptis et confinatis, quod ipse Laurentius teneatur et debeat ipsis fratribus ... reficere quicquid deficeret de quantitate florenorum auri centum in anno quolibet ... per decem annos predictos: — Et quum dicti fratres et prior dicti conventus dicunt quod usque in diem octavam mensis decembris proxime preteriti, que die jam erant elapsi sex anni, non habuerunt neque percepserunt in dictis sex annis de pensione dicte domus nisi florenos quadringentos (400 fl.) viginti, hoc est ad rationem florenorum septua-

- ginta

-ginta pro anno quolibet. Idcirco laudamus ... et arbitramur quod quicquid dicti fratres .. et conventus habuit seu percepit minus quam florenos centum in anno quolibet .. pro pensione dicte domus ... Dominus Laurentius teneatur et debeat excomputare et defalcare de dicta ... summa florenorum auri 500, in quibus dictum monasterium et conventus restant debitores dicti Laurentii; et quod dictus Laurentius possit et valeat petere ... ab illis qui tenuerunt dicta bona illud plus quod solvere debuerunt de pensione dicte domus ... quamodo nullum damnum evenire possit monasterio antedicto. Residuum vero totius dicte quantitatis florenorum auri 500 ... teneatur et debeat dictus Laurentius excomputare in dicta pensione dicte domus ... quam domum .. possit et valeat tenere et possidere ... donec et quousque fuerit eidem Laurentio de toto dicto residuo ... integre satisfactum ...

Et quod .. possit habere et locare (dictam domum) et incipiat a die octava mensis decembris proxime futuri MCCCC undecimo, secundum cursum Florentie et non ante.

Item laudamus, sententiamus et arbitramur quod si et in quantum contingeret dictum domum perire aut destrui in totum antequam esset satisfactum dicto Laurentio de eo quod dictus Laurentius restat habere a dicto monasterio ... quod tunc in eo casu .. debeat dictum monasterium ... satisfacere dicto Laurentio de quantitate in qua restaret creditor dicti monasterii. —

N.B. Item cum reperiamus et nobis constet arma dicti Laurentii fuisse posita et affixa in dicta ecclesia dicti monasterii, et consideratis beneficiis receptis per dictum monasterium a dicto Laurentio; Idcirco laudamus, sententiamus et arbitramur quod prior dicti monasterii vel ejus successor seu fratres vel monaci ... vel aliquis eorum non possint vel valeant ullo unquam tempore in perpetuum removere vel removeri facere aut devastare vel devastari

facere

facere vel permittere dicta arma ... sed sint et permictant ipsa arma dicti Laurentii perpetuo stare in ecclesia antedicta.

Item laudamus, dant. et arbitramus quod dicte partes, modis et nominibus quibus supra, et qualibet earum, faciant et facere teneantur et debeant sibi invicem et vicissim et una pars alteri ... generalem finem, quietationem, liberationem, absolutionem et promissionem de ulteriùs aliquid non petendo .... Et ex nunc nos arbiter et arbitrator predictus ipsas partes predictas et quamlibet earum finimus, quietamus absolvimus et liberamus ab omnibus et de omnibus et singulis suprascriptis, de quibus superius laudamus finem fieri debere, salvo semper quam de contentis in nostro laudo .. et in dicto instrumento permutationis: Que omnia in dicta permutatione contenta in suo permaneant robore firmitatis. Que omnia et singula suprascripta per nos laudata et arbitrata volumus et mandamus et arbitramur a dictis partibus et per dictas partes, quatenus ad unamquamque pertinet observari et exequtioni mandari sub pena et ad penam in compromisso in nos facto apositam et contentam.

Latum, datum, pronumptiatum et promulgatum fuit dictum laudum, sententia, arbitrium et arbitramentum ... per dictum d. Franciscum priorem .. pro tribunali sedentem in civitate Florentie in domo mei notarii infrascripti, posita in populo Ste Felicitatis ... .. Anno Domini ab ejus Incarnatione millesimo quadringentesimo decimo, indictione quarta, secundum computum Florentie, die decima nona mensis januarii (or st. ord. 1411, 19 January), presentibus testibus ad predicta omnia vocatis et rogatis, ser Francisco Antonii notario Florentie, Bernardo Tanozzi de Manettis populi Ste Fridiani Florentie Martino Lapi ... et Cecho Tinosini .. et aliis: Et presentibus et audientibus dicto domino Ludovico priore ... dicti monasterii ... et dicto Johanne, filio et procuratore .. dicti Laurentii Giampolini ... et dictum laudum et arbitramentum ... ratificantibus et

approbantibus

approbantibus et emologantibus et ipsis omnibus expresse consentientibus. Et quibus quidem laudo, sententie, arbitrio et arbitramento et omnibus et singulis suprascriptis presens Ven^{lis} in X^{to} Pater Dompnus Stefanus Corradi de Denis, ordinis cartusiensis, et ipsis laudo et sententie, arbitrio et arbitramento et omnibus et singulis suprascriptis in dicto laudo contentis auctis et plenissima intellectis ex certa sciencia et non per errorem, ipsum laudum, sententiam, arbitrium et arbitramentum, et omnia et singula suprascripta et in dicto laudo et arbitramento contenta approbavit et confirmavit et emologavit tanquam rite et recte lata et data et facta, et ipsis omnibus suam et dicti ordinis auctoritatem interposuit et decretum; Mandans predicta omnia observari et exequtioni mandari in omnibus et per omnia prout superius continetur. Quibus omnibus et singulis tam dicte partes, quam dictus arbiter et arbitrator et quam etiam prefatus vicarius et locumtenens petierunt fieri publicum instrumentum per me notarium infrascriptum.

Ego Johannes, filius quondam ser Orlandi Johannis, civis et notarius florentinus, apostolica et imperiali auctoritatibus judex ordinarius notarius que publicus . . . et . . .

(Arch. cart. Pisarum, Original, parchemin composé de 3 morceaux dans la longueur - larg. 0,327 millim. long. 0,010. sur le dos le n° 2025, celui de l'Inventaire; - M^s actuel des Armoires). —

14.11.30 Juillet. — Testament de ser Schacchus quondam Corsii de Calci. — Une de ses filles, Catherine « fu madre di ser Pietro del Serra, che donò se stesso e tutti i suoi beni alla nostra certosa. » est-il dit sur le dos

In nomine Domini. Amen. A^o a nativitate ejusdem M^o CCCCXI^o indictione XIII^a secundum cursum Pisane, die XXX^o Julii. Ser Schacchus quondam

quondam Coxii de Calcis de Pisis, habitator Spedie, sanus mente ... languens corpore .. s'il meurt de cette maladie il veut être enterré dans l'église « Ste Marie de Spedia » à laquelle il a légué 10 livres de Gênes pour cet effet et 5 pour des messes. — Il veut qu'on rende à sa femme « Jacobe, filie quondam Johannis de Lirice » ses 600 florins d'or de dot. — Il lui laisse l'administration et l'usufruit de ses biens et la tutelle de ses quatre enfants. — A ses filles « Ysabecte et Catharine » il assigne 300 florins d'or de dot, quand elles se marieront. — A ses fils « Johannes et Cecchus » seront ses héritiers universels. S'ils viennent à mourir les filles leur succéderont, et au défaut de tous les enfants, la mère recueillera l'héritage pour le distribuer aux pauvres. On voit que ses biens sont surtout à « Spedia et Sarzana ». — Actum Spedie in domo habitationis ipsius testatoris .... notaire Franciscus quondam Dni Oppizini de filliis de Pontremolo ...

Copia facta per « Pieros filius ser Bonanati notarii de Ste Sav.no, civis Pis. Dne Pn.is Ao 1428, ind.e 5.a die 16.a Apr. s. cur. Pis. — (st. ord. 1427, 14 Aprilis). —

Attestations, avec la même date de deux autres notaires « Tomasius de Campilia et Guillelmus olim ser Jacobi Dni Chelli Rustichelli... »

(Arch. cart. Pis. Copie originale. parchemin, larg. 0,287. millim. Larg. 0,483. — Sur le dos le n.o 2029, celui de l'Inventaire. N.o actuel des Armoires).

(1411. st. ord.) 1412, 7 Dec. — Le Prieur D. Louis achète pour 22 florins d'or, à André Lupetti, de Calci, trois staiata de grain de rente annuelle, sur un morceau de terre avec maison et moulin, situés à Calci. —

In eterni Dei nomine, Amen. Omnibus pateat evidenter, quod Andreas quondam Johannis Lupetti, de communi corporis plebis de Calci, per hanc cartam, vendidit et tradidit Ven.li et religioso viro Domno Ludovico, quondam Ludovici, priori monasterii sanctorum Marie et Johannis Evangeliste Valli gratiose de Calci, ordinis

ordinis cartusiensis et Pisane diocesis, predicto monasterio ... recipiente, stariata trie grani ad pisanam mensuram, que dictus Andreas habet in et super unam peciam terre cum domo terrastri coperta embricibus, in qua est molendinum ad macinandum, posita in confinibus communis corporis plebis de Calci, in loco dicto Ste Marcello et tenet unum caput cum uno latere in terra Angeli Uperti, quam conducunt abeo Manicus et Puccinus, quondam Johannis Lupecti, de suprascripto communi, aliud caput in via, et aliud latus in fossa .... cum omni jure, actione, ratione, proprietate et pertinentiis etc. ... pro pretio et nomine pretii florenorum viginti duorum, auri boni et justi ponderis ... que se vendens recognovit ab eo recepisse. ....

Actum in capitulo dicti monasterii, posito in confinibus communis Ste Vite de Calci, presentibus Johanne Henrici de communi corporis plebis de Calci, Andrea quondam Tomasii de capella Ste Andree et Francisco Johannis de Palmea commorans .... testibus. =

Dominice Incarnationis Anno millesimo quadringentesimo duodecimo, indictione VI (sic quasi effacé au style de Pise, ce devrait être Va) die septima decembris. (presque effacé, mais c'est plutôt Dec. que Sept. comme a mis l'inventaire au fol. 1411, 7 Dec.)

Ego Petrus olim Antonii de Roncionibus, civis pis. not. - dit qu'il a pris dans les actes de Ser Bartholomeus ... (le reste est effacé).

(Arch. cart. Pisan. Original, parchemin. larg. 0,246 millim. long. 0,454. Sur le dos, le n° 2 036, celui de l'Inventaire. N° actuel des Archives. — Sur ce dos il y a encore « Calci al Pino. »

(1412. st. ord.) 1413, 1er Mai. — D. Pierre de Buella, procureur de la chartreuse de Calci, achète pour 52 florins et 3 livres, des frères Puccius et Manicus Lupetti, moitié d'un moulin à Calci.

Sur le dos : « Calci, loco dicto Carazzolino al Pino. »

In eterni Dei nomine, Amen. Ex hoc publico instrumento cunctis manifestetur, Quod Puccius et Manicus, fratres et filii olim

olim et heredes Johannis Lupecti, de communi plebis de Calci, inter-
× -rogati a Domno Petro olim ser Albertini de Buolla, monaco, sindico
et procuratore ad hec et alia facienda monasterii certerie de Calci, ut
se dicto sindicatu constat per cartam rogatam a ser Guaspare notario
filio Johannis Massufari, civa pisano D.ni M°.ccc°.ix°. Ao. (Carmen in ultimo)
fuerunt confessi in veritate se, dicti modis et nominibus et etiam nomi-
-ine proprio dicti Puccii, restare debere et solvere dicto monasterio pro
affictu... mediatatis integre pro indiviso dicti petii unius terre cum domo ter-
-restri, coperta embricibus, cum molendino et duabus paribus macina-
-rum rotis, ferris et omnibus hedificiis necessariis pro ipso molendino ma-
-cinante, positi in confinibus communis plebis de Calci: et tanet unum
caput in Sambra, aliud caput cum uno latere in terris olim ser Jo-
-hannis ser Alamanni de Palaria, mediante alveo ab ipso latere,
aliud latus in via. Quam mediatatem dicti molendini Johannes
olim pater ipsorum et dictus Puccius conduxerunt a dicto monasterio
... per cartam locationis rogatam a me Johanne notario subscripto
D.ni M°.ccc°. Ao. 1409, ind.ne 1a die 26 Aug. (in st. ord. 1408, 26 Aug.) more pisano,
pro toto tempore pacto et finito die 9e Aprilis proxime preteriti 1413
more pisano (in st. ord. 1412, 9 April), staria triginta sex et quartas duas
arras.
grani ad pisanam mensuram. Quam quantitatem grani suprascripti
Puccius et Menicus computaverunt sibi ad pecuniam florenis quinqua-
-ginta duobus et libris tribus, ad rationem librarum quatuor pro quo-
-lib et floreno.... Et hac confessione facta et premissa suprascripti
Puccius et Menicus ... dederunt et tradiderunt suprascripto Domno
Petro dicto nomine recipienti in solutum et pacamentum, de media-
-tate integra pro indiviso suprascripti petii terre, cum domo, molendi-
-no, hedificiis ipsius molendini et omnibus dicte mediatati pertinentibus
spectante et pertinente... ad ipsos Puccium et Menicum, stariata
sex grani ad pisanam mensuram, Et tantum fastus dicte mediatatis
dicti molendini contingentis dictos Puccium et Menicum quantum
capiunt

capiunt stariate sex grani ad pisanam mensuram pro affictu ad illam et annuam ad quam est locata eis, dictis nominibus, reliqua medietas dicte molendini, que spectat et pertinet ad dictum monasterium ... cum omni jure, actione, ratione, proprietate, pertinentiis et adjacentiis suis ipsius rei vendite et tradite .... pro florenis quinquaginta duobus et libris tribus predictis, habitis dicto monasterio predicto affictu ... et rationem florenorum octo et librarum trium et solidorum octo denariorum currentis monete pro qualibet stariata etc.. formules usitées dans les contrats de vente...

Pretaxata Domina Vannuccia olim Cecchi Vermicellai et uxor olim suprascripti Johannes et nuntius suprascriptorum Puccii et Marci, presens suprascripte in solutum actioni consensit et consensum adhibuit quoique la rente part de moulin vendue soit engagée pour sa dote, elle renonce à ses droits... (A)

Ego Philippus, filius quondam ser Johannis notarii olim Andree Goribarii dal Campo, civis pis. Imp. auctr not. a pris dans les actes de son père Jean...

(A) Actum in via publica juxta monasterium, contente suprascriptum, positum in valle de calci erga portam forestarie, presentibus Antonio Marci de communi plebis de calci, et Guaspare Johannis dicto Guasparino de communi Montismagni, testibus ad hec rogatis. Dominica Incarnationis anno millesimo quadringentesimo tercio decimo, indictione quinta, die primo Maii more pisano (Anal. II, 12, 1er Mai)

(Arch. cant. Pis. Original, parchemin, larg. 0,294. millim. long. 0,353. - sur le dos le n° 2037, celui de l'Inventaire. - N° actuel des Armoires)

1412, 25 Août. — Vu les dommages que la chartreuse de Calci a souffert pendant la guerre de Florence contre Pises, les seigneurs de Florence lui remettent 48 florins d'or qu'il lui reste à payer pour des impositions du St-Siège.

In Dei nomine, Amen. Anno Incarnationis Domini nostri Jhesu christi millesimo quadringentesimo duodecimo, indictione quinta, die vigesimo quinto mensis Augusti (1412, 25 Aug.) in consilio populi, et die vigesimo septimo ejusdem mensis (27 Aug.) in consilio communis civitatis Florentie: Mandato magnificorum Dominorum, Dnorum priorum Artium et vexillifori justitie populi et communis Florentie, presona convocatione campanaque sonitu in palatio populi florentini more solito congregatorum: Quorum Dominorum priorum et vexillifori nomina ista sunt, videlicet: Chimus Pieri Chini Cippi, Nicholaus Nini faber, Raynerius Nicholay Ruzzi (Paruzzi?), Ricardus Jacobi borghognoni, Guiglielmus Bardi Altoviti, Loysius Alexandri de Lamberte, Laurentius Lommatii Baronci, et Filippus Salvi Philippi, priores Artium, et Dominus Laurentius Antonii de Ridolfis, vexillifer justitie populi et communis Florentie: Et per ipsa jam dicta consilia in sufficienti numero congregata in palatio supradicto, totaliter approbata, admissa et acceptata fuit infrascripta provisio, facta redicta super infrascriptis omnibus et singulis, per dictos Dominos priores et vexillifarum, Gonfanes societatum populi et duodecim bonos viros communis predicti: et infra proxime immediate annotata et scripta. Et provisum et deliberatum fuit, quod in his et superhis omnibus et singulis infrascriptis procedatur, observetur, firmetur et fiat: Et firmum et stabile esse intelligatur et sit in omnibus et per omnia secundum et prout infertur apparebit.

Cujus quidem provisionis tenor talis est, videlicet:

Pia loca libenter gratiis prosequentes, Magnifici et potentes Domini Dni priores Artium et vexillifer justitie populi et communis Florentie, et auditis his que pro parte infrascriptorum locorum coram ipsis Dominis et eorum collegiis dicta et allegata fuerunt, cum variis et diversis causis et rationibus, et habita invicem et una cum officiariis gonfalonum) societatum populi et duodecim bonorum viorum

rorum dicti communis, deliberatione solemni: et demum inter ipsos omnes in sufficiente numero congregatos in palatio populi Florentie, premisso de facto solemni et secreto scrutinio, et obtento partito ad fabas nigras et albas secundum ordinamenta dicti communis: Eorum proprio motu, pro utilitate communis ejusdem, et omni modo, via et jure, quo et quibus magis et melius potuerunt, providerunt, ordinaverunt et deliberaverunt die vigesimo quinto mensis Augusti Anno Domini MCCCC. duodecimo, indictione quinta, Quod Monasterium etc... Et

Monasterium cartusie de Colci, comitatus Pisarum, quod, et dicitur, dare debet commune Florentie pro imposita florenorum trigintamilium auri, olim facta pro communi Florentie auctoritate apostolica, florenos centum viginti quinque novos auri, et pro residuo dicte imposite florenos triginta tres novos et solidos duodecim de auro: Et pro imposita florenorum centummilium auri, olim facta clericis pro communi Florentie restat solvere florenos quadraginta octo auri: Et in cujus monasterii partitis dictarum impositarum etiam continetur et fit mentio de hereditate Conscii de Gambacurtis: Et pro quo monasterio fuit allegatum, Quod tempore guerre, facte per communem Florentie contra Pisas, existente exercitu penes Vicum Pisanum, fuit multum damnificatum: Et quod ~~etiam post guerram stipendiarii~~ pro fortificatione civitatis Pisarum, etiam fuerint destructe dicto monasterio certe domus: Et quod etiam post guerram stipendiarii communis Florentie occupaverunt et pleres domos in civitate Pisarum, habitando in ipsis domibus et nil solvendo. Et Monasterium etc.

Et quodlibet ipsorum monasteriorum et locorum ex nunc intelligantur esse et sint absoluta et liberata ab omnibus et singulis quantitatibus superscriptis et quolibet earum: Et ab omnibus et singulis penis, in quas pro predictis quomodolibet incurrissent: Et possint et debeant in quibuscumque libris et registris, in quibus predicta quomodolibet scripta essent, impune et licite cancellari per quemlibet notarium, penas quam ipsi libri essent, non rape-

rirentur

-rientur, et ex nunc pro cancellatis habeantur: Ac etiam intelligantur esse et sint absoluta et liberata ab omnibus et singulis residuis, que pro predictis vel aliquo predictorum, quomodolibet imposita seu ordinata essent, seu imponentur vel ordinabuntur. Et pro predictis vel aliquo predictorum non possint nec debeant ipsis vel alicui eorum imponi aliquid vel aliqua residua. Et quicquid contra fieret seu factum esset, possit et debeat etiam de facto revocari et cancellari et supra, et pro cancellatis habeantur et sint.

Item, quod pro predictis gratiis et liberationibus supra factis non possit nec debeat imponi vel fieri aliquid residuum alicui vel aliquibus aliis beneficiis, locis vel personis quoquo modo. Et quod contra fieret, non valeat nec possit et debeat de facto revocari et cancellari.

Item, in predictis addito et declarato, quod Commune Florentie ex nunc intelligatur esse et sit absolutum et liberatum ab omni et toto eo, quod ipsum Commune Florentie dare deberet supradictis monasteriis et locis quacumque causa vel occasione usque in quantitates, de quibus supradicte absolutiones et liberationes facte sunt: Et sic intelligantur esse et sint facte compensationes hinc inde, et sic observetur cum effectu: Et quod quelibet stantiamenta pro predictis facta usque in dictas quantitates remissas pro variis sortibus intelligantur revocata.

Non obstantibus, in predictis vel aliquo predictorum, aliquibus legibus, statutis, ordinamentis, provisionibus autreformationibus consiliorum populi et communis Florentie, obstantibus seu repugnantibus quibuscumque etiam quantumcumque derogatoriis, penalibus vel precisis, vel etiam si de eis vel ipsorum aliquo debuisset vel deberet fieri specialis mentio expressa: quibus omnibus intelligatur esse et sit nominatim et expresse, specialiter ac generaliter derogatum. Et quod pro predictis etc...

Quam quidem

Que cum quidem provisionum Domini Priores et Vexillifer predicti una cum officiis (officiariis?) gonfalon. societatum populi et duodecim bonorum virorum dicti communis, invicem in palatio populi supradicti in sufficienti numero congregati, premisso et facto inter eos solemni et secreto scrutinio et obtento partito de fabas nigras et albas, et moris est, deliberaverunt pro utilitate evidenti communis predicti proponi posse et referi ea proposita fieri et eam ipso quidem die XXV dicti mensis augusti in consilio populi civitatis Florentie.

Ego Bonaguida Bartholomei Bindi, civis et notarius florentinus Imperiali auctoritate judex ordinarius notariusque publicus co-adjutor provide viri ser Viviani Nerii de Franchis de Florentia, scribe reformationum consiliorum populi et communis predicti, predicta et dicti reformationibus in palatio supradicto pendis dictum ser Vivianum existentibus fideliter scripsi, scripsi et publicavi, ideoque me subscripsi et signum meum apposui consuetum.

In Dei nomine, Amen. Anno Inc. Dni nostri J.C. MCCCC duodecimo, indictione 5a die tricesimo mensis augusti (1412, 30 Aug.), Actum Florentie in palatio populi florentini, presentibus fratre Georgeo Nati, priore hospitalis S.te Galli de prope Florentiam, et ser Tommaso Jacobi Gilii, notario et cive florentino, testibus ad infrascripta ad hec vocatis et rogatis.

Domini priores artium et vexillifer justitie populi et communis Florentie, una cum officiariis gonfalon. societatum populi et duodecim bonorum virorum dicti communis, invicem in sufficienti numero in palatio supradicto congregati, premisso et facto inter eos solemni et secreto scrutinio et obtento partito de fabas nigras et albas, et moris est, providerunt, deliberaverunt et tassaverunt infrascriptos homines et personas (et loca) debere dare et solvere camerario camere armorum palatii populi florentini, pro communi Florentie recipientibus, pro provisionibus eorum salariorum

approbatis

approbatis in consilio populi et communis inscriptis diebus, inscriptas florenorum auri quantitates, videlicet : Abbatem etc...

Monasterium cartusie de Calci, comitatus Pisarum, pro provisione in quis favorem approbata in consilio populi die 25 dicti mensis augusti, et die XXVII quisdem mensis in consilio communis, florenos auri duos.

Ego Bonaguida notarius et coadjutor predictus, predicta abbatia mea subscripta. J. Ex libris dicti populi et communis in palatio supradicto penes antedictum servitiarum existentibus fideliter sumpsi scripsi et publicavi, decoque me subscripsi et signum meum apposui consuetum.

Apparet in libro intitulato (introitus!) camerariorum camere Armorum palatii supradicti, predictum monasterium predictam quis tacationem solvisse camerariis dicte camere, pro communi Florentie recipientibus, die secundo septembris dicti anni, florenos duos auri. —

Ego Bonaguida notarius et coadjutor predictus subscripsi. —

Ce qui suit a été ajouté par une main de l'époque

Imposita triginta milium florenorum fuit facta autoritate litterarum Domini Gregorii in anno (pas marqué)

Imposita centum milium florenorum fuit facta autoritate Domini Alexandri in anno 1410

Imposita octingenta milium florenorum fuit facta autoritate Domini Johannis pape in anno 1414 de mense novembris more pisano.

(Arch. cart. Pis. Original, parchemin, larg. 0,287 millim. long. 0,760. — Sur le dos le n° 2039, celui de l'Inventaire, qui met la date de 1413. 25 aug. — N° actuel des Armoires. — Il y a deux trous dans le bas de parchemin.) —

(1413, 3 sept. st. rom.) 1414, 3 sept. Procuration des chartreux de Calci en faveur de leurs Prieurs, surtout pour ce qui concerne l'héritage de Coscio Gambacorta. —

In eterni

In dei nomine Amen. Anno millesimo quadringentesimo terdecimo, indictione sexta, die tertio septembris more civitatis Florentie, (1413, 3 sept.). Venlis et religiosus vir Dominus Johannes, quondam Simonis de Restis de Mediolano, prior monasterii sanctorum Marie et Johannis Evangeliste, ordinis Cartusiensis, Vallis de Calci, pisane diocesis, presentia, consensu et voluntate infrascriptorum horum et dicti monasterii monacorum, quorum nomina sunt infrascripta, videlicet Dominus Dominicus Simonis de Sta Maria ad montem, Dominus Gregorius Guidonis de Foro Julii sive de Fraudi, Dominus Raffael Domini Filipponis de Mediolano, Dominus Lucianus Salvagii de Janua, Dominus Michael Johannis de Colle Valliselsa sacrista, Dominus Benedictus Masini de Papia: qui sunt omnes monaci dicti monasterii ad presens professi in dicto monasterio residentes, capitulum dicti monasterii facientes et representantes, excepto Domno Petro ser Albertini de Buella, procuratore solito dicti monasterii ad presens absente a dicto monasterio profactis et negotiis ipsius monasterii: Et ipsi idem monaci, una et simul cum dicto Domno Johanne priore et ejus decreto et auctoritate, in infrascriptis omnibus et singulis interpositis, congregati ad capitulum in infrascripto loco, ubi facta et negotia dicti monasterii collegialiter solita sunt tractare, omni jure, via, modo, forma et nomine, quibus melius potuerunt, non revocando a preterea aliquem sindicum dicti monasterii hactenus constitutum, fecerunt, constituerunt et ordinaverunt coram et dicti monasterii sindicum et procuratorem generalem Dominum Johannem priorem predictum, presentem et recipientem, in omnibus et singulis factis et negotiis, causis et litibus dicti monasterii presentibus et futuris: Et non derogando generalitati predicte, specialiter et nominatim ad faciendum, transigendum et componendum cum quacumque persona, communi, collegio et universitate, pro et quod dicto monasterio

monasterio quocumque modo et nomine tenaretur: Et ad compromictendum de jure et de facto, de jure tantum, de facto tantum, de jure et de facto simul et comodo, prout et sicut dicto sindico videbitur et placebit, cum pena, promissionibus, obligationibus et cautelis et prout et sicut dicto procuratori placebit, omnes et singulas lites causas et questiones, quas dicti monaci, vice et nomine dicti monasterii, quocumque modo et nomine habent seu habiturí sunt cum quacumque persona, communi, collegio et universitate quacumque de causa, et maxime cum quibuscumque personis et locis, contra quas et que dicti monaci, vice et nomine dicti monasterii, heredes Coscii quondam Francisci de Gambacurtis, et heredes Locti, negotiis dicti Coscii et filii quondam Francisci, filii quondam dicti Coscii, et quacumque alio modo et nomine agere et petere possent, quacumque ex causa cum certe et sine; Et ad approbandum, ratificandum et confirmandum, vice et nomine dicti monasterii, omnia et singula et quecumque, si eidem sindico videbitur, generaliter, universaliter, particulariter et divisim qe fuerunt facta, gesta et procurata per quamcumque personam vice et nomine dicti Locti, tempore vite sue: Et ad petendum, exactionem quarumcumque tantarierum latarum atque hodie que quocumque modo veniant in favorem et commodum dicti monasterii: Et ad petendum beneficium restitutionis in integrum principaliter, incidenter et emergenter, quotiens opus erit: Et ad jurandum de calumnia et veritate dicenda, et quod libet aliud juramentum prestandum in animas et super animas suas et dictorum constituentium in omnibus causis et articulis, in quibus erit expediens juramentum de calumnia sive de veritate: Et ad petendum et exigendum totum et quicquid dicto monasterio quocumque modo et nomine debetur et debebitur, sive dictum monasterium, capitulum et conventus quocumque nomine petat

protest

potest et potérit quocumque modo : et dantes et solventes liberandum et absolvendum : Et de jura et nomina cedendum et dandum : Et ad omnes et singulas lites, causas et questiones, presentes et futuras, inci-piendum, movendum, contestandum, exequendum, prosequendum et finiendum usque ad finem : Et in eis et qualibet earum faciendum, gerendum et procurandum omnes actus precedentes, medios et sequentes qui sunt necessarii, utiles et oportuni pro expeditione predictarum litium et causarum : Et ad appellandum et appellationes prosequendum et finiendum : Et generaliter in omnibus factis, causis, litibus et negotiis faciendis pro dicto monasterio, faciendum, gerendum, procurandum et administrandum totum et quicquid dicto sindico et procuratori videbitur : Et generaliter omnia et singula etc... promittes....

Actum in capitulo dicti monasterii, posito ubi supra, presentibus Mariano, filio Bencivenni Pantaldi de capella Ste Marie Magdalene Rie : Bartolo quondam Andree de Canibus de communi Montis-magni : et Nanne Silimmani de communi Ste Vite de Calci, testibus ad hec rogatis, Dominice Incarnationis Anno millesimo quadringentesimo quarto decimo, indictione sexta, die tertio septembris more pisano. (an. nat. 1413, 3 sept.).

Ego Johannes olim Andree Corsarii, civis pis. S. a. notarius et j.o. predictis interfui etc...

(Arch. Cant. Pis. Original, parchemin, larg. 0,214. millim. long. 0,484. — Sur la dos le n° 2043, celui de l'inventaire. N° actuel des Armoires

---

(1414. st. ad.) 1415, 30 Juillet. — Les frères Jean et Gérard, fils et héritiers de Laurent Ciampolini, et Leonard Aldrobandini de Ciampulinis choisissent trois arbitres pour juger de leurs différents. —

In Dei nomine, Amen. Cunctis pateat evidenter, quod Johannes et Gerardus fratres, filii olim et heredes, et quilibet eorum pro

dimidia,

pro dimidia, Laurentii olim ser Ghalis de Ciampulinis, de capella Ste Cristofori Kce, ex una parte: Et Leonardus Aldrobandini de Ciampulinis (sparavia?) parrino (sparavia?) de capella Ste Filippi de Vicecomitibus, ex alia, ... ex certa earum scientia ... compromissum fecerunt inter se in providos et discretos viros, Andream olim Tomasii de Campilia, civem et mercatorem Pisarum, nominatum .. a Tolomeo et Gerardo ... et Gabriele olim Cioli de Seta, civem et mercatorem pisanum ...nominatum a ... Leonardo, et Silvestrum Jacobi Buccha, civem et mercatorem pisanum, nominatum concorditer pro tertio arbitro et arbitratore et amico communi a dictis partibus; omnes et singulas lites, causas, questiones, controversias et differentias, quas dicte partes inter se habent, habere poterant vice speciali usque in diem veneris lundi, ab omni nona proxime futuri citra et infra et per ipsum tempus, pro quibus cumque occasionibus et causis, et pro quibus cumque factis, traffitis et comertiis, et pro quibuscumque habitis, receptis et datis et solutis hinc inde ... etc. ....

Ils promettant de s'en tenir à la decision des dits trois arbitres ... « ad penam centum florenorum ... » -

Actum Pisis in apotecha de medio domus Domine Tomasie de Gambacurtis, posita in capella et super platea Ste Sebastiani Kce ... dous temoins ... Non de mcclo Ao 1415, indictione 7a die 30a Julii more pisano. (en st. nouv. 1416, 30 Juillet). —

Ego Franciscus olim ser Pieri .. de Ghessano, notarius qui a publica

Ego Guillelmus Bartholomei de Franchis .. notarius qui a assisté et écrit le compromis. —

NB. Laurent Ciampolini, le fondateur de l'église de la chartreuse, vivait encore le 19 janvier 1411, voir plus haut. Par le document précédent on voit qu'il est mort laissant deux fils et héritiers, Jean et Gérard.

(Arch. cart. Pis. Original, parchemin, larg. 0,355 millim. long. 0,374. sur la Tot la n° 2047, celui de l'Inventaire. Ne a cte el des Armoires.)

(1414. st. ord.) 1415, 22 sept. — Les capitaines du clergé exempt et non exempt du diocèse de Pise donnent quittance au Prieur de la chartreuse de Calci, et déclarent qu'il ne doit plus rien. —

In nomine Domini, Amen. Ex hoc publico instrumento sit omnibus manifestum, quod Dns Antonius, abbas monasterii Ste Michaelis de burgo, capitaneus pro exemptis: Dns Laurentius de Rosolminis, canonicus pis anus, capitaneus pro canonicis, pro se et pro Dno Antonio, plebano Ste Laurentii in platea, capitaneo pro plebanis: et Dns Antonius, prior Ste Jacobi de orticaria, capitaneus pro prioribus, pro se et pro presbitero Piero, capitaneo eccleie Ste Felicis, capitaneo pro capellanis: Capitanei cleri exempti et non exempti Pisane diocesis, ut de dicto eorum capitanceatus seu mandato dicti contare- erunt per castam inde rogatam a ser Tomaso quondam Tomasi de Campilia, cive pisano notario dicti cleri, Dom. Inc. An. 1415. Ind. 8a die 26 sept. (ita certe an st. ord. 1414, 26 sept.) ... dicto capitanceatus nomine pro dicto clero, fecerunt Ven. viro fratri Johanni, quondam Simonis de Mediolano, priori monasterii de Certosa, ordinis cartusiensis, de Calci, presenti et recipienti pro dicto monasterio et fratribus dicti monasterii, generalem finem et refutationem, liberationem, absolutionem, quietationem, remissionem, transactionem et pactum perpetuum de ulterius non petendo et non inbrigando, inquietando vel molestando dictum Dominum Priorem dicto priorates nomine pro dicto monasterio, et ipsum monasterium ejusque bona, de omni, pro omni et toto eo et omnibus et singulis preemiarum et rerum quantitatibus, quod et quas dicti capitanei, dicto nomine pro dicto clero, et ipse clerus exemptus et non exemptus recipere habent et de bent et petere possunt a dicto priore, fratribus et conventu cartusie, vel in eorum bonis usque hodie, occasione et causa quarumcumque impositionum vel gravedinum dicti cleri, a quacumque persona ecclesiastica cujus-

-tica aliscunque preheminentie et dignitatis existat, vel etiam
secularé, impositarum dictis clero pisano, exempto et non exempto,
et causa et occasione impositionum non procedentium a supe-
-rioribus ecclesiasticis vel secularibus, sed ab ipsis clericis processarum
pro negotiis tactibus dicte clericis pisani exemptis et non exemptis cu-
-iuscunque (not declaré) et maxime pro litigio fratrum heremitarum
Ste Augustini de Pisis .... suivent trois lignes déchirés, le parchemin
est quasi coupé entièrement .... Exceptis solum ..... imponendis
pro dicto clero, dictis vulgaritas ..... Proque fine et resu-
-tatione et omnibus et singulis suprascriptis prefati capitanei,
dictis nominibus pro dicto clero, interrogati a suprascripto Dno
Priore dicti monasterii de Cartusia ... fuerunt confessi in veritate
se habuisse et recepisse et apud se habere ab eo, totum et quic-
-quid et omnes et singulas pecuniarum et rerum quantitates, quod
et quas dicti capitanei ... et ipse clerus a dicto monasterio de
Cartusia petere ... possent usque hodie suprascriptis
occasionibus, rationibus et causis ... ac etiam pro residuo omnium
et singularum quantitatum debitarum, et supra habuisse, pro
dicto monasterio, fratribus et priore, promissionem de libris
nonaginta (90 libr.) denariorum currentis monete a Leonardo
Aldobrandini Ciampulini, spadario civi pisano, de capella
Ste Michaelis de Burgo. Renuntiando exceptioni etc ....
le reste formules ordinaires. —

Actum Pisis in Constario monasterii Ste Michaelis de burgo,
pisane civitatis, presentibus presbitero Stefano quondam Guis-
-liermi rectore ecclesie Ste Martini de Petra, et Gerardo quon-
-dam ser Johannis de Arezio, notario nunc hospitalis novi
de Pisis, testibus ad hec vocatis et rogatis, Dominice Incarn-
-ationis Anno millesimo quadringentesimo quindecimo,
Indictione septima (ita certe) die vigesimo secundo septembris

secundum

secundum cursum Pisarum. (an st. ord 1414, 22 septembre). —

Ego Bartholomeus, filius quondam ser Fini notarii de Vico, civis pis. hup. auctr notarius. . interfui . . . —

(Arch. cant. Pis. original, parchemin déchiré, comme je l'ai dit plus haut, larg. 0,328 millim. long. 0,428. — N'est pas dans l'inventaire, sans nr sur le dos, Nr actuel des Armoires. —

(1415. st. ord.) 1416, 31 Mars. — Sentence arbitrale qui condamne André, olim Cei, de Calci, à payer à la chartreuse 5 staria et 1/2 grani calvellini, et 2 staria milei, mesure de Pise.

In eterni Dei nomine, Amen. Anno Domini 1415, Indictione octava, die Paschatis resurrectionis Domini ultimo martii, more Florentie. — Ego Johannes, olim Andree del Campo, notarius civis pisanus, arbiter et arbitrator, electus a Domno Dominico olim Simonis de Sta Maria ad montem, monaco, sindico et procuratore monasterii et conventus Sanctorum Marie et Johannis Evangeliste, ordinis Cartusiensis, Vallis gratiose de Calci, dicto nomine, ex una parte: Et ab Andrea olim Cei de communi Vite de Calci, ex altera parte, ut de compromisso in me facto constat in actis curie potestarie de Calci per cartam inde rogatam a ser Michaele notario, olim Antonii olim Jacobi de Abatia montis muri lige Chiantis, comitatus Florentie, Ao Domini 1414, Ind. 8a, die 4a mensis februarii, more Florentie (st. ord. 1415, 4 febr.)

Visis dicto compromisso in me facto et aliis juribus partium predictarum, et viso quod dictum compromissum durat per totum mensem martii: Et aliis visis et consideratis que videnda fuerunt: Christi nomine invocato, cum michi arbitro et arbitratori predicto constet quod dictus Andreas fuerit conductor dicti monasterii unius pecie terre posite et descripte in libro officium dicti monasterii signato littera A. a carte 198, ac etiam fuerit conductor

conductor duorum aliorum petiorum terrarum, excepto camato super eis existente, positorum et descriptorum in dicto libro signato A. a carte 144; Et cum michi arbitro et arbitratori predicto constet inter dictum Andream, ad una parte, et priorem et procuratorem dicti monasterii, ex alia parte, fuisse positam et firmatam rationem de dictis duabus conductionibus, pro toto tempore preterito finito die 15 augusti 1414, more pisano (st. nov. 15 aug 1413): Et in dicto saldo et calculo dictas partes remansisse in concordia, quod dictus Andreas restaret et restaret debitor dicti monasterii, pro toto tempore preterito finito die 15 Aug. 1414, more pisano (st. nov. 1413, 15 Aug) in starios quatuor grani ad mensuram pisanam, et in starios duobus milii ad dictam mensuram, occasione dictarum duarum conductionum. Et post dictum saldum, ipse Andreas occasione prime conductionis, de qua apparet debitor dicti monasterii in dicto libro affectuum signato littera A. a carte 198, sit pactus debitor dicti monasterii in starios unos et quarrios duabus grani ad mensuram pisanam, de grano calvellino: Dico, viam arbitramentalem sequendo, et dictum Andream condamno, dicto Domino ... et dicto monasterio, in starios quinque et dimidio grani calvellini ad mensuram pisanam, ac etiam in starios duobus milii ad m. pis. pro toto tempore preterito finito 15 aug. 1415, more pisano (st. nov. 1414, 14 aug.). Quos granum et quod milium dari volo et mando ... dicto monasterio a dicto Andrea hoc modo, videlicet, pro toto tum mensum maii proxime venturi dimidium, et reliquum dimidium, pro toto mensum julii proxime venturi. La condamne en outre «ad grossos tot, qui sunt soldi tot ganta tres denarios» pour les frais du procureur D. Dominique etc. ....

Data, lata et lecta fuit supra scripta arbitramentalis sententia per me Johannem ... notarium pisis in domo habitationis mei ... posita in capella Ste Nicolai, presentibus Johanne olim Piero Bardelle,

Bardelle, et Checchio filio Nicolai dicto Nicolo, ambobus coriariis de capella Ste Nicolai pis.. testibus ad hec voc. et rog. Dnca In.e Ae millesimo quadringentesimo sexto decimo, Ind.e octava, die Pascatis resurrectionis Domini, die ultimo martii more pisano (st. ord. 1415, 31 Mars)

Vulgarisata et publicata fuit per me Johannem notarium suprascriptum, et denuntiata dicta arbitramenta lis sententia dicti Dni Dominico et Andree, ibidem presentibus et intelligentibus, de verbo ad verbum. Actum in monasterio carthusie de Calci, presentibus Nanne Stefani de Vinci, et Johanne Mei vocato Laroctia, ambobus de communi Ste Viti de Calci, testibus ad hec rogatis Dnca In.e Ae 1416, ind.e 8a die tertio Aprilis m.is pis. (st. ord. 1415, 31 Mars)

Ego Johannes olim Andree Coriarii, dictus dal Campo publicus Imp.li auct.e not. a predicto rogatus, interfui et ita scripsi.

Habui a dicto monasterio pro publicatione presentis sententie grossos sex, et pro capretto soldos tres. —

(Arch. Cart. Pis. Original, parchemin, larg. 0,417 millim. long. 0,515. Sur le dos le n° 2046, celui de l'Inventaire. N° actuel des Armoires)

(1416. st. ord.) 1417, 31 oct. — Les Prieurs de Pise déclarent exempte d'impots Dea de Vico, veuve de Guelfucci et Domine de la chartreuse de Calci. —

In Dei nomine, Amen. Anno Dominice Incarnationis millesimo quadringentesimo septimo decimo, indictione decima, die sabbati ultimo octobris, more Pisarum. (en st. ord. 1416, 31 oct.) —

Predantes viri... Priores civitatis Pisarum insimul in sufficienti numero congregati et coadunati in loco eorum solite audientie, pro eorum officio exercendo, advertentes et attendentes, Quod Domina Dea, olim Domini Batte de Vicho, de capella Ste Ambrosii, et uxor olim Guelfuccii Comitis de Sagholaris, quondam Ganè, de capella Ste Andree foris porte, obtulit se et omnia sua bona mobilia et im-

-mobilia

-mobilia, presentia et pastura, monasterio carthusie de Calci per cartam inde rogatam a ser Nocchio notario, olim ser Bonincontri notarii de Lavaiano, civis pisani, Dom.ce Inc.is A.o 1394.o Ind.ne 1.a die 7.a julii, more pisano, (an st.ord. 1393, 7 julii) : Et quod dictum monasterium et ejus prior, fratres conversi, capitulum et conventus predicti monasterii, et ipsum monasterium et eorum mazarii, massarii, molinarii, coloni, inquilini, laboratores, fictabiles et pensionarii fuerunt et sunt liberi et absoluti et immunes ab omnibus et singulis tallis, impositionibus, factionibus, mutuis, contributionibus, exactionibus et oneribus quibuscumque, tam realibus quam personalibus et mixtis et aliis quocumque nomine censentur; ac etiam ab omnibus et singulis datiis, pedagiis et gabellis et aliis quibuscumque angariis et perangariis cujuscumque generis forent etc.. Et predicta patent in provisione inde facta et rogata a ser Guillelmo, ser Jacobi Domini Chelli, tunc notario Dominorum Antianorum pisani populi, Dom.ce Inc.is 1402.o Ind.ne 10.a, die 1.o decembris, more pisano. (an st.ord. 1401, 1.o Dec.) : Et quod dicti Antiani pisani populi in anno D.ce Inc.is 1406.o, ind.ne 14.a die 21 januarii (1406, 21 Januar) more Pisarum, liberaverunt dictam Dominam Deam ab omnibus et singulis tallis datii (ii) et prestantiis, que imposite sunt et de cetero imponentur per communem pisanum, ut patet per provisionem inde factam dicta die, rogatam a ser Bartholomeo notario, ser Simonis notarii de Farneta tunc notario dictorum Antianorum; Et quod Domini ... Decem provisores civitatis Pisane pro communi Florentie statuerunt, quod dictum monasterium et ejus fratres, capitulum et conventus, eorum bona ullo unquam tempore in perpetuum, pro dicta Domina Dea seu pro oneribus ejus, ullo modo non possit vel valeat gravari, cogi, compelli, capi, detineri, pignorari, stagiri aut aliqualiter molestari in personis vel bonis, occasione tallium pisani communis : et predicta patent per provisionem inde ab eis factam, rogatam a ser Francisco notario, olim ser Johannis de Sirigatis, tunc notario dictorum Dominorum Decem,

Anno

anno 1410 ex., Ind.ne 3 ex. die 13 sept. more Florentie (st. d. 1410, 13 sept.); Et audita relatione eis facta ab egregio legum doctore, Domino Guaspare de Castello, advocato pisani communis, qui eis retulit se habuisse veram informationem et fidem, Quod dicta Domina Dea libera obtulit se et sua dicto monasterio et nullum sibi proprium reservavit: Et quod apud domum dicti monasterii, sitam in civitate Pisana, in capella Ste Lucie de Cappellariis (cappellariis?), ipsa Domina Dea habitat et morator: Et quod de jure ipsa Domina Dea venit liberanda a tallis pisani communis, in quibus descripta est in capella Ste Lucie de Cappellariis, sub hac partita, videlicet: Domina Dea de Vicho fu di Jacopo Murcio, soldi tre et denarii nove, in quartorio medii a carta 91. Providerunt, partitu facto inter eos ad fab. ad nigras et albas, secundum formam brevis pisani populi, et providendo deliberaverunt, Quod Domina Dea suprascripta, que est descripta in tallia pisani communis, nunc vigenti in capella Ste Lucie de Cappellariis sub hac forma, videlicet: Domina Dea de Vicho fu di Jacopo Murcio, soldi tre et denarii nove, cassetur et abolleatur de dicta tallia nunc vigenti et quibuscumque aliis prestantiis et futuris, in quibus descripta esset seu describeretur quoquo modo: Et quod tallis pisani communis, nunc indictis seu de cetero indicendis, ipsa aut dictum monasterium gravari vel molestari non possit vel debeat ullo modo, in persona vel bonis per aliquem officialem vel exactorem deputatum seu deputandum ad exactionem tallia-rum et onerum pisani communis; Et quod notarii quicumque, penes quos sunt vel erunt libri predictarum tallia-rum et onerum de predictis scripturas oportunas inde facere teneantur, vigore presentis provisionis, aliquo non obstante.

Ego Jacobus, filius magistri Pauli, pisanus de vis, Imperiali auto-ritate judex ordinarius ac notarius publicus, necnon co adjutor Ser Laurentii Francisci Andree notarii Florentini et cancellarii suprascriptarum

reformationum

-criptorum Priorem, et pisani communis, predictis omnibus interfu-
et ea rogatus scripsi et publicavi, et mei signum et nomen apposui
consueta in fidem omnium predictorum. - Ce qui suit a été ajouté.

Idem, deliberatum fuit per... octo provisores civitatis pisane
per cartam rogatam a me Jacobo notario suprascripto, Dominice
Incarnationis millesimo quadringentesimo decimo nono, Indictione
XII, die quinto octobris (en st. ord. 1418, 5 octobris), et cancellata fuit de
libro summarii Q. M. a carta 109. Ego Jacobus notarius subscripsi.

(Arch. Cart. Pis. Original, parchemin, larg. 0,168 millim. long. 0,327.
Sur la dos la nº 2055, celui de l'Inventaire. Nº actuel des Armoires)

(1417. st. ord.) 1418, 10 et 25 Avril. - Antonia, fille d'Albisi de
Vico, condamnée à acquitter moitié des legs de son père fait
à la chartreuse, s'engage à payer 135 florins et 1/2, pour l'achè-
vement d'une cellule. -

In nomine Domini, Amen. Ex hiis publicis instrumentis sit om-
nibus manifestum, quod anno Dominii 1417 ind. 10 die sabbati
10 aprilis, more Florentie, Domina Anthonia, uxor Domini
Francisci militis de Gambacurtis, de Pisis, et filia olim et heres
pro dimidia Domini Albisi, filii olim et heredis Dni Patri de Vico olim
Dni Albisi, legum doctoris, nunc de capella Ste Donati, sciens quod
Dns Albisus, pater suus, condidit suum ultimum testamentum, rog-
atum a ser Eustachio notario, olim ser Angeli de Montefoscali, cive
pisano, Dom. Inc. A. 1392, ind. 14 die 20 Junii, more Pisarum
(en st. ord. 1391, 20 Junii), et in dicto testamento fecit legatum infras-
cripti tenoris, videlicet: Item dico et volo quod heredes mei de
bonis meis faciant edifari cellam inceptam per Dominum Patrem,
olim patrem meum, in monasterio beate Marie Virginis et sancti
Johannis evangeliste, ordinis cartusiensis, sito in valle gratiosa de
Calci, prout convenions erit ad complementum ipsius celle »; Et quod
vigore.

vigore dicti legati inter ipsam Dominam Antoniam, heredem dicti
Dni Abbati pro dimidia, ex una parte, et dictum monasterium et
ejus sindicum, ex alia, in curia Domini Pisanorum potestatis fuit
litigatum: Et per extimatores electos in dicta lite, fuit extima-
-tum et declaratum quod ad perfectionem dicte calle, incepte per
dictum Dominum Petrum, expediunt florenos decem septuaginta
unus, de quibus contingunt ipsi Dne Antonie florenos centum
triginta quinque et soldi quadraginta (135 fl. 40 sd.): In certa scien-
-tia et non per errorem, nullo juris vel facti ducta errore, per
solemnem stipulationem convenit et promisit michi Johanni
notario, olim Andree coriarii, infrascripto, tanquam persone
publice stipulanti et recipienti vice et nomine dicti monas-
-terii, dare et solvere vel dari et solvi facere ipsi monasterio
vel legitime persone pro dicto monasterio recipienti, pro parte
contingente ipsam Dominam Antoniam de pecunia necessaria
ad perfectionem dicte calle, florenos centum triginta quinque
et dimidium, in una parte: et in alia parte, pro expensis dicte
cause contingentibus eam florenos quatuor et dimidium, hinc ad
novem annos proxime venturos, hoc modo, videlicet, singulis
annis duobus florenos triginta unum auri bonos, legales et justi pon-
deris: Et ultimo et novo anno dictorum annorum, residuum
dictorum florenorum centum quadraginta, sine omni briga, mo-
-lestia, reclamatione curie et aliis expensis: Alioquin penam
nulli supradicte quantitatis suo tempore non solute, et omnes
expensas, que inde proptera fierent, supradicta Domina An-
-tonia per solemnem stipulationem convenit et promisit michi
Johanni notario supradicto, recipienti pro dicto monasterio,
reddere, dare et solvere. Obligando inde se et suos heredes et
bona sua omnia etc... formules ordinaires. Renunciando omni
juri etc... Dans et concedens... protestatem... apprehendere
possessio-

possessionem bonorum .. dicte Domine. — promissis reciproq ad observ-
ce contrat. Le notaire la fera ratifier par les religieux. . .

Actum Pisis juxta hostium domus et habitationis suprascripte
Domine Antonie, posita Pisis in capella Ste Donati, presentibus Lom-
-aso dicis Antonii de Loma . . . et ser Bartolomeo notario olim Cacchi
de Castagnocchio . . . pisanis civibus, testibus ad hec rogatis, Dominice
Incarnationis Anno millesimo quadringentesimo decimo octavo, Indic-
tione decima, die sabbati sancto, decimo Aprilis, more pisano. (1617, 10 Av.)
(1417. st. ord.) 1618, 25 Avril. — Les chartreux de Calci ratifient
le contrat précédent et promettent de l'observer. —

+ Domnus Johannes, olim Lapaccii de Florentia, prior monast-
-erii sanctorum Marie et Johannis evangeliste, ordinis Cartusiensis
de Calci, Pisane diocesis, presentia, consensu et voluntate infrascrip-
-torum suorum et dicti monasterii monacorum, quorum nomina
sunt ista, videlicet: Domnus Dominicus Simonis de Ste Maria
ad Montem, Domnus Raffael Domini Filippi de Mediolano vicarius,
5 Moines — Domnus Paulus Domini Johannis de Mediolano procurator, Domnus
Gabriel Domini Ludovici de Mediolano, et Domnus Ambrosius Domini
Tomasini de Papia: qui omnes sunt monaci dicti monasterii, nullo
excepto, in dicto monasterio residentes et ad presens totum capitu-
-lum dicti monasterii representantes, nemine monaco dicti monas-
-terii absente, vel presente et non vocato, ut dixerunt: Et ipsi viginti
monaci simul cum dicto Domno Johanne priore congregati ad
capitulum dicti monasterii, in loco subscripto, sono campane et voce
suprascripti Domni Ambrosii sacriste, ut moris est dicti monasterii.
Lecta ejs suprascripta carta obligationis, facte per suprascriptam
Dominam Antoniam, et obligationis facte per suprascriptum ser
Johannem suo nomine de verbo ad verbum per me Johannem no-
-tarium suprascriptum, et ab ejs, ut dixerunt, intellecta: ex certa
scientia et non per errorem ipsam cartam et omnia et singula

in ea

in ea contenta et conventa et promissa, tam per suprascriptam Dominam Antoniam quam per suprascriptum ser Johannem hac nomine, eo modo, et in suprascripta proxima carta promissa sunt, ratificaverunt, confirmaverunt et approbaverunt: Et per solemnem stipulationem convenerunt et promiserunt michi Johanni notario ... observare terminos et dilationes suprascriptas ipsi Dne Antonie ..etc.. formules ..

Actum in capitulo dicti monasterii, positi in Valle gratiosa de Calci, presentibus Antonio Andree de Boccha de communi Ste Vite de Calci et Andrea Coscii de communi Montismagni, et Johanne May vocati Carecta de communi Ste Vite de Calci, testibus ad hec rogatis, Dominice Incarnationis Anno millesimo quadringentesimo octavo decimo, Indictione decima, die vigesimo quinto Aprilis, more pisano. (en st. ore. 1417, 25 Avril). —

Ego Petrus, filius ser Bonamati notarii olim Petrini de Sancto Savino, civis pis. hoc. auct. notarius. a pris dans ces actes de ser Johannis Coriarii ... et publicavi etc. ...

(Arch. cart. Pis. Original, parchemin, larg. 0,297 millim. long. 0,486. Sur le dos le n° 2056, celui de l'Inventaire. N° actuel des Armoire

---

(1420. st. ord.) 1421, 20 Août. — André Lupetti de Calci vend, pour 16 florins d'or, aux frères de la chartreuse deux stariata de grain sur un moulin à Calci, lieu dit St-Michel.

In nomine Domini, Amen. In hoc publico instrumento sit omnibus manifestum, Quod Andreas, quondam Iannis (Johannis) Lupetti, de comuni corporis plebis de Calci, per hanc cartam vendidit et tradidit venerabili et religioso viro Domno Petro quondam ser Petri de Ghessano, priori necnon sindico et procuratori monasterii Sanctorum Marie et Johannis evangeliste, Valli gratiose de Calci, ordinis Cartusiensium et Pisane diocesis ut de

ut de dicto sindicatus et procura idem, Dominus Petrus dixit constare per cartam inde rogatam a ser Johanne notario, quondam Andree Coriarii dal Campo, Dom^ce Inc^is A^o 1420, Ind. 13^a, die Dominico decimo martii (1420, 10 Mars), amenti de pecunia propria dicti monasterii et prodicto monasterio recipienti, stariata duo grani ad pisanam mensuram, de summa et quantitate affictus infrascripti molendini; quod molendinum hodie ascendit ad affictum stariorum triginta trium grani ad pisanam mensuram in totum, que duo stariata idem Andreas habet in et super una pecia terre cum domo, caxamna, aqueductu, in qua domo sunt duo hedificia franciogena cum rotis paris molarum ad macinandum, quod pecium terre est positum in confinibus communis corporis plebis suprascripte, in loco dicto Ste Michele, et tenet unum caput in sambra, aliud caput cum uno latere in terris olim ser Johannis ser Alamanni de Paria (sic Palaria) mediante aldio ab ipso latere, aliud latus in via, vel si qui alii seu aliter sunt ejus confines et quantumcumque sit per mensuram: Et que hedificia sunt extimationis florenorum septuaginta octo auri in totum, cum omni jure, actione, proprietate sua ipsius rei vendite et tradite, et cum jure spectante et pertinente ad dicta duo stariata, prout pro rata contingit de dicta extimatione hedificiorum et dictorum stariorum triginta trium grani, que sunt totus affictus dicti molendini ut dictum est supra. Insuper suprascriptus Andreas dedit, cessit... omnia jura... etc... profretio et nomine cartii pretii florenorum sexdecim auri ad rationem libravem quatuor pro quolibet florено; Quod totum pretium... confessus fuit se habuisse ab eo (Rore) dante de pecunia cartii pretii unius domus etc....

Monicus et Colus, pere et filius, fratre et nevo d'Andrea, precibus et mandato dicti Andree fideiussorant.... Actum in dicto

dicto monasterio, posito in confinibus Ste Petri in Cerbnia de Calci videlicet in primo introitu dicti monasterii ante portam dicti introitus, presentibus Francischo Andree populi Ste Nicole civitatis Florentie, Menico in Canobio de Empuli, Jacobo Johannis populi Ste Nicolai extra portam Ste civitatis Florentie, et Rossetto Henrici de communi Montis magni, testibus ad hec rogatis ... Dominice Incarnationis Anno millesimo quadringentesimo vigesimo primo, Indictione tertia decima, die vigesima Augusti, secundum cursum pisane civitatis. (an R. ad. 1420, 20 Août)

Ego Henricus quondam Johannis de Calci, pisanus civis [illegible] aut. p. vot. ... a fois dans les actes ci suivant ... et in hanc p. m. rogatus ...

Ego Bartholomeus quondam Gardonis de Calci, Pisanus civis publicus Apostolica et Imp.li aut. not. interfui et scripsi .....

(Arch. cart. Pis. Original, parchemin, larg. 0,413, millim. long. 0,392. Sur le dos le n° 2068, celui de l'Inventaire. N° actuel des tiroirs).

(1420. st. ord.) 1431, 17 oct. — Quittance de 151 florins d'or délivrée au Prieur de Calci par le receveur des impositions Apostoliques.

In Dei nomine, Amen. Cunctis presens publicum instrumentum inspecturis pateat evidenter, Quod presbiter Salamus olim Johannis, Rector ecclesie Ste Bartholomei de Horisis, generalis Camerarius (camerarius?) atque sindicus et procurator ad infrascripta et ad alia faciendo a totius cleri exempti et non exempti civitatis et diocesis Pisane, ut de suo sindicatu et procura constat per cartam, etc. 1420, ind.e 13a, 2 dec (st. ord. 1419, 2 dec) ... Ad interrogationem venerabilis patris Dompni Piери de Pisis, prioris monasterii sanctorum Marie et Johannis Vallisgratiose de Calci, Pisane diocesis, ordinis Cartusie, agentis et interrogantis vice et nomine dicti monasterii, fuit confessus in veritate se, dicto nomine, habuisse et recepisse et apud se habere ab eo florenos centum quinquaginta unum

unum (151 flor.) auri sol. .... ad rationem librarum quatuor presentis
monete pro quolibet florено, pro omni et tota eo, quod dictum
monasterium solvere et debet aut tenetur, pro residuo prime, secunde,
tertie et quarte facarum et residuorum dictarum prime, secunde, tertie
et quarte facarum impositionis florenorum octuaginta milium auri
imposite per officiales Apostolicos omnibus dicti subditis Dominio
Communis Communitatis Florentie et occasione dicte impositionis, computatis
in hiis florenis centum quadraginta auri sol. quatuordecim et den.
octo ad aurum, habitis a dicto presbitero Iacobo pro ipso Priore a Piero
de Boncontibus et Francisco Cinquino, civibus et mercatoribus Pisanis.
Renuntiando etc... Et inde ipsum et dictum monasterium et ejus
conventum et bona sua omnia a dicta impositione totum liberavit et
absolvit. .... Actum Pisis fundaco sive banco infrascriptorum Pieri
et Francisci, positi in capella Ste Sebastiani Kee presentibus etc...
Dominice Incarnationis anno millesimo quadringentesimo vigesimo
primo, indictione quartadecima, die septimo decimo octobris more
pisano. (st. od. 1420, 17 oct.). —

Ego Franciscus olim ser Pieri notarii de Ghessano, pisanus atque
florentinus civis. notarius ... interfui .. et rogatus ....

(Arch. cant. Pis. Origin al, parchemin, long. 0,380 larg. 0,138 millim.
sur la 2e ol la ne 2070, calué de l. 2me entaine. N.e actuel des Armoires)

(1420. st. ore.) 1621, 28 oct. — Le Prieur de Calci achète pour 28
florins d'or, de Puccius et Menicus Lupetti, de Calci, une partie de moulin.

In etarni Dei nomine, Amen. Ex hoc publico instrumento sit omni-
bus manifestum, Qualiter Puccius et Menicus, fratres et filii quondam
Johannis Lupetti, de communi plebis de Calci, vendiderunt et tra-
+ diderunt Domo Petro, olim ser Pieri de Ghessano, priori monasterii
Cartusie de Calci, predicto monasterio recipienti, stariatas tres
et dimidiam, de summa stariatarum, ipsorum venditorum, de sum-
-ma stariat-

-ma starialarum triginta trium, quibus infrascriptum molendinum, de communi concordia dictorum venditorum, et dicti monasterii, comitatus et fratrum, extimatum est; Et pro quibus starialis triginta tribus pro rata, dicto monasterio contingente, conducunt a dicto monasterio infrascriptum molendinum: Petii unius terre cum domo, molendino et hedificiis et aliis super se, et extimatione ipsorum hedificiorum, que est extimationis florenorum septuaginta octo auri currentium; Cum omni jure, actione, ratione, proprietate et pertinentiis et adjacentiis suis ipsius petii terre et dicti molendini et dictarum trium starialarum et dimidie ... pro pretio et nomine certi pretii florenorum viginti octo auri currentium, bonorum, legalium et justi ponderis. —
Datis ac hec fidejussoribus insolidum, Laurentio Pieri, Menico Johannis Gha-loretis, Bartholomeo Hannici, omnibus de communi plebis de Calci, et Rana-rio Viviani de communi Ste Bartholomei trecalle ....

Pietrosa Domina Vannuccia dicti Cechi et uxor olim Johannis Lupetti et mater infrascriptorum venditorum, presentibus et consentientibus infrascriptis filiis suis: Et Domina Caterina, uxor Manici infrascripti, presente et consentiente infrascripto Menico, presentia et consensu Francisci Andree de capella Ste Barnabe, et stimati Calci de communi Ste Marie Aquilli-cadam de Calci, propinquorum suorum, quos suos ac hec magis idoneos dix-erunt et confessi fuerunt, predicte venditioni et omnibus et singulis infra-scriptis consensorunt et suum consensum adhibuerunt etc. ...

Actum in via publica juxta dictum monasterium ante portam infra-riorem dicti monasterii, presentibus Parduccio Cechi de communi Ste Marie Aquilliccadam de Calci, et Nanne Climanni de communi Ste Vite de Calci, et Simone Lupetti de dicto communi Ste Vite, testibus ad hec rogatis, Dominice Incarnationis anno millesimo quadringen-tesimo vigesimo primo, indictione quarta decima, die vigesimo octavo octobris more pisano. (St. com. 1420, 28 octobris) —

Ego Philippus filius quondam Ser Johannis notarii olim Andree Corsinii de Campo, civis pisanus, imp.-aute notarius, apris et instrument dans les

dans les actes de son père Jean, et l'a publié.—)

(Arch. cant. Pis. original, parchemin, long. 0,324 larg. 0,246 millim. sur le dos la n.o 2072, celui de l. Inventaire. N.o actuel des Armoires)

(1420, st. ord.) 1421, 20 Nov. — Extrait du testament de Gerard Ciampolini, qui institue sa mère son héritier universel. —

In Dei nomine, Amen. Cunctis pateat evidenter, Quod inter cetera que continentur in testamento a Gerardo, filio olim et herede prodimidia Laurentii Ciampulini, et scripto et rogato a ser Johanne notario, quondam Matthei de Forneli, pisano cive, Dnice Inc.is 1421, Ind.e 14.a die 20 nov. (st. ord. (1420, 20 nov). continetur hec, videlicet:

Quoniam testamentum est testatio mentis etc... Ideo ego Gerardus, filius olim et heres prodimidia Laurentii Ciampulini, sanus mente et intellectu, licet infirmus corpore etc... sic testor..... In primis quidem judico corpus meum sepeliendum in monumento nostro sito in capitulo ecclesie S.te Francisci pisane civitatis et ibi meam ~~eligo sepulturam~~ iyagago(sic). Aud dent qui assistabunt à son enterrement son héritier donnera ce qu'il voudra.

Item omnibus autem aliis meis bonis mobilibus et immobilibus, juribus et actionibus, tam presentibus quam futuris, et quibuscunque aliis mihi heredem instituo et esse volo Dominam Nensem, matrem meam et olim uxorem suprascripti Laurentii. Fideicommissarios etc... Et rogo tibi Johanni notario infrascripto plenam baliam corrigendi et addendi presens meum testamentum, substantiis non mutatis ad sensum sapientis. Actum in camera residentie suprascripti Gerardi, sita in castro Alice, presentibus fratre Stephano olim Lapi de Ficicchio ordinis fratrum predicatorum, priore, Rainerio etc.... et 6 autres.. testibus ad hec vocatis et rogatis, Dominice Incarnationis anno millesimo quadringentesimo vigesimo primo, indictione quarta decima die vigesimo novembris (st. ord. 1420, 20 Nov.). — Ego Franciscus olim ser Picchi notarii quondam ser Johannis notarii de Ghassano.. notarius ... dit qu'il a pris dans les actes de

Guillaume

Guillaume olim Barthomei de Franchis qui a les actes du notaire qui avait fait le testament, Joannes de Forculi . . 1er h. 1442, ind. 4e mense Pisano 13 Maii (Ht ord 1441, 13 Mai)

Ego Guillelmus Bartholomei de Franchis . . notarius dit qu'il a demé au precedent jemission contraire de dit testament —

(Arch. cant. Pis. Copie originale de 1441, 13 mai. parchemin, long. 0,402. millim. larg. 0,162. sur le dos le n° 2073. celui de l. Inventaire. N° actuel des Armoires)

(1421. Ht. ord.) 1422, 17 oct. — Extrait du testament de Nensi, veuve de Laurent Ciampolini, elle institue ses héritiers Pandolfe et Laurent ses petits fils, et fils de Jean Ciampolini. —

In Dei nomine, Amen. Cum dies pateat evidenter, Quod inter cetera etc... comma au précédent... Quoniam testamentum et testationis... Ideo ego Nensis, filia olim Nuorii Orlandi et relicta Laurentii Ciampulini seu Gholis, meo proprio nomine et tanquam heres ex testamento instituta a Gerardo, olim filio meo, per tenum ipsius Gerardi ultimum testamentum, ab eo conditum et scriptum et rogatum a ser Johanne olim Matthei de Forculi notario... infirma corpore, mente vero et intellectu sana per gratiam Yesu Xpi.... dictator et res et bona mea sic ordino et dispono, In primis casso, irrito et annullo omnes testamentos et codicillos antérieurs... et hos presens testamentum confirmo... Et recommando animam meam omnipotenti Deo.... et... Item judico corpus meum tumulandum esse et tumulari debere in tumulo (monumento?) mei viri et filiorum, posito in capitulo claustri conventus Ste Francisci fratrum Minorum de Pisis, et ibi meam eligo sepulturam. Item judico, ego et ordino volo et rogari pro anima mea etc...

In omnibus autem et singulis aliis meis dictis modis et nominibus et quolibet eorum et aliis quibuscumque bonis mobilibus, immobilibus, juribus, actionibus et nominibus mihi competentibus et competituris

titulis quoque modo valjura, mihi heredes universos dictos instituo et ore
volo pro equalibus portionibus Pandolfum et Laurentium, germanos
et filios olim Johannis, filii dicti olim Laurentii et mei, nepotes meos,
et altero ipsorum decedente intestato sine liberis, superstitem eidem
sic sine liberis legitimis decedenti ex tunc substituo vulgariter, pu-
pillariter et perfideicommissum, et omni jure quo melius possum.
Et ipsis omnibus etc... Fideicommissarios autem etc....

Actum Pisis in camera primi solarii juxta scalas per quas ascen-
ditur ad dictum solarium domus habitationis infrascripte Domine
Nensis, que olim fuit illorum de Pannocchia, posite in carraria
Ste Egidii in capella Ste Sebastiani Kee (Kinsica), presentibus
Dno Laurentio Jande priore Ste Sicti, Johanne Pigli Jensale
et pluribus aliis... Dominice Incarnationis Anno millesimo
quadringentesimo vigesimo secundo, indictione quintadecima
die septimo decimo octubris. — (St. ou. 1421, 17 octobre.). —

Ego Franciscus olim ser Pieri notarii quondam, ser Johannis notarii
de Ghessano,.... notarius a pris cet acte dans les registres de
Guillaume notaire olim Bartholomei de Francis qui a fait lui-
même le testament. — Il n'y a pas la date mais cette copie a été
faite évidemment en même temps que la précédente.

Ego Guillelmus Bartholomei de Francis etc.....

(Arch. cart. Pis. Copie authentique de 1661, parchemin, long. 0,415. millim.
larg. 0.180. Sur le dos la n° 2077, celui de l'Inventaire. — N° actuel
des Armoires.). —

1423, 17 dec. — La chartreuse de Calci rachète des terres qu'elle
avait vendues en 1415 à la chartreuse de Gorgona. Voir à Gorgona. —

1425, 3. oct. — Bulle de Martin V confirmant les privilèges accordés
par Clement VII et Benoit XIII concernant l'exemption des dîmes et im-
-positions pontificales. —

Martinus episcopus

Martinus episcopus servus servorum Dei: Ad futuram rei memoriam. Sacri cartusiensis ordinis perseverantiam et augmentum, sinceris zelantes affectibus etc... j'ai ailleurs.... Datum Rome apud Sanctos Apostolos V° nonas octobris pontificatus nostri anno octavo. —

C'est un transumptum ou copie notariée faite par la curie archiépiscopale de Florence et datée 1425, indictione 4ª, die 1ª decembris. Suivent les attestations de quatre notaires et le dernier met à la fin Dominice Incarnationis Aº millesimo quadringentesimo vigesimo septimo, indictione quarta, die nono decimo Augusti more pisano. — (St. ord. 1426, 19 Aug.).

(Arch. cart. Fil. Copie originale, parchemin, long. 0,170 millim. larg. 0,217.. sur le fol le nº 2084, celui de l'inventaire. Nº actuel des Armoires.) Le parchemin est de deux pièces collées ensemble, déchiré sur le bord à gauche et illisible à certains endroits.). —

1425, 26 Dec. (28 à la fin) — Procuration des chartreux de Calci en faveur du prieur, du procureur et d'un frère rendue. —

In nomine Domini, Amen. Anno millesimo quadringentesimo vigesimo quinto, indictione quarta, die vigesimo octavo decembris more florentie (1425, 26 Dec.). Venerabilis et religiosus vir Donnus Bartholomeus olim Neruccii de Vitorbio, prior monasteriorum Sanctorum Marie et Johannis Evangeliste de Calci et Ste Gorgonii de Ysula Gorgona, unitis dicto monasterio de Calci, presentia, consilio et consensu infrascriptorum monacorum dictorum monasteriorum, qui sunt omnes monaci dictorum monasteriorum ad presens residentes in dicto monasterio de Calci, et in dictis monasteriis aut dicto monasterio de Calci, aut dicto monasterio de Gorgona non sunt plures monachi, et propter incursus pirratarum et saracenorum non morantes in dicto monasterio de Gorgona; Et ipsi idem monachi, quorum nomina sunt infrascripta, videlicet: Donnus Johannes de Cascina, Jacobi: Donnus Johannes de Florentia, procurator dicti conventus, Lapi: Donnus Raffael Domini Filipponis de Mediolano

de Mediolano : Donnus Paulus de Mediolano, Johannis : Donnus Johannes de Alemania, Johannis : Donnus Gabriel de Mediolano, vicarius et sacrista, Ludovici : frater Angelus de Senis clericus dictorum monasteriorum, Nannis, congregati ad capitulum dicti monasterii de Calci, de mandato dicti prioris, sono campane et voce dicti sacriste, prout moris est dicti monasterii : Et sunt omnes monaci dicti monasterii, nullo excepto seu desiderante, ut dixerunt, coram me notario et testibus infrascriptis, decreto et auctoritate dicti Domni Bartolomei in hiis et infrascriptis omnibus et singulis intervenientibus : Non revocando aliquem, seu aliquos sindicum, seu sindicos hactenus constitutum, seu constitutos pro dictis monasteriis et quolibet eorum, sed potius confirmando : fecerunt, constituerunt et ordinaverunt sindicos et procuratores generales ac etiam specialis, ita quod generalitati per specialitatem, et e contra non derogetur in aliquo, Donnum Bartolomeum priorem predictum, donnum Johannem Lapi de Florentia suprascriptum, et fratrem Angelum de Senis clericum suprascriptum, presentes et acceptantes etc.... la reste comme dans les actes de procuration ordinaire.... Actum in capitulo monasterii Certosie, posito in valle de Calci, presentibus Payo Tuliani parsettatario de capella Ste Martini Kinsice, et Stefano Johannis furnario de Florentia, familia dicti monasterii, testibus ad hec vocatis et rogatis, Dominice incarnationis Anno millesimo quadringentesimo vigesimo sexto, indictione quarta, xe vigesimo octavo decembris more pisano (trad. 1425, 28 dec.)

Ego Pierus filius ser bernardi de Sancto Savino ...notarius a pris dans les actes ce suivant... scripsi et publicavi....

Ego Johannes olim Andree Coriarii ...notarius ... interfui et scripsi et... Piero ...paraboliam dedi. — A la suite : —

1479, 27 nov. — Le Prieur se substitue trois autres procureurs.

In nomine Domini, Amen. Ven^lis et elegiosus vir Dompnus Bartolomeus olim Neruccii de Viterbio, prior, sindicus et procurator suprascriptus, ut suprapatet, per hoc publicum instrumentum, substituit suos, dictis nomi-nibus, et dicto

-nibus, et dictorum monasteriorum et monacorum, sindicos et procuratores Dominum Paulum de Mediolano monacum dicti monasterii, ibidem presentem et acceptantem, Ser Johannem olim Andree Coriarii, Ser Francischum Ser Pieri de Ghezzano, notarios, et Guasparem quondam Marci Buctarium de capella Ste Donati, cives pisanos, licet absentes etc... Actum in cella forestarie posita in monasterio Cartusie de Calci suprascripti prope et juxta claustrum monacorum dicti monasterii, site in Valle Calci pisane comitatus et districtus Florentie, presentibus Tucto, filio Stefani Palquini de communi Ste Jatte de Campum, fratarie Calci, Sancto Antonii vel Poma lignaiuolo de capella Ste Martini Kintice, et Johanne filio Branchi Calsaiuoli de capella Ste Ysidori, pisanis civibus, testibus ad hec vocatis et rogatis, Dominice Incarnationis Anno millesimo quadringentesimo trigesimo, indictione octava, die vigesimo septimo novembris secundum cursum Pisarum. (St ord. 1429, 27 nov.). —

Ego Pierus, filius ser Bonenati notarii olim Petrini de Ste Savino... notarius scripsi et publicavi ....

1437, 12 Janvier. — La même prieure se substitue comme procureur la frère convers Pierus de Florentia

In Dei nomine, Anno Ven^lis et religiosus vir Dompnus Bartholomeus de Viterbio, prior et sindicus et procurator suprascriptus, et supra constat in suprascripto primo instrumento, per hanc cartam substituit ... suum dictis nominibus et dictorum monasteriorum sindicum et procuratorem, fratrem Pierum dim Laurentii de Florentia conversum dicti monasterii ibidem presentem et acceptantem, ad omnia et singula facienda etc. ... Actum Pisis in apotecha posita sub schalis dom. artis bacharorum pisane civitatis, presentibus Guaspare Marci Buctario, pisano cive, et Johanne Nicolai de Florentia vocato Sinsi habitatore pis. testibus ad hec vocatis et rogatis, Dominice Incarnationis Anno millesimo quadringentesimo trigesimo septimo, indictione quintadecima die duodecimo martis juxta cursum civitatis Pisarum,

Pisarum. (1426 st. ou. 1425), 12 Januar). —

Ego Pisarus olim magistri Lupi Pieri ... notarius ... scripsi et publicavi.

(Arch. cart. Pis. Original, parchemin, long. 0,545. millim. larg. 0,330. Sur le dos le n° 2085, celui de l'Inventaire. N° actuel des Armoires.)

(1426 st. ou). 1425, 9 Januar. — Les seigneurs de Florence accordent à la chartreuse de Calci exemption de 25 livres de gabelle pour les provisions qu'ils prendront à Pise, et 4 staria de sel gratis, chaque année et à perpétuité. —

Le document est déchiré dans le haut et taché un peu partout.

..... millesimo quadringentesimo vigesimo quinto, indictione .... die .... mensis (un trou) (L'inventaire donne la date de 9 janvier 1425, qui en style ordinaire fait 1426, 9 Januar). —

Magnifici et potentes domini Domini Priores artium et vexillifer justitie populi et communis Florentie, una cum officiis gonfalonariorum, societatum populi et deodecim bonorum virorum collecti et in sufficienti numero congregati in palatio populi Florentie pro ipsorum officio solempniter exercendo. Cum misericordes ..... condignum, sit benefacere; Attenta optima fama ..... monasterii Ste Johannis evangeliste Valeis gratiose alias Calci, ordinis cartusiensis ..... misso, facto et celebrato inter eos solempni .... ad fabas nigras et albas: Et demum, obtempto inter eos partito, secundum ordinamenta communis Florentie ... deliberaverunt et ordinaverunt, Quod dictum monasterium Ste Marie et Ste Johannis seu alias alter pro eo ..... sibi quod liceat in perpetuum et quolibet anno mictare seu extraere de civitate Pisarum tantum, frumentum, vinum, oleum, et alia bona et res dicti monasterii, et dicto monasterio et provisum et necessitate monachorum et monasterii predictorum quod ascendant ad gabellam .... libras viginti quinque ff et non ultra: et quod ex dictis bonis mictendis vel extrahendis, ut supra, nichil persolvant vel solvi faciant dicto

dicto monasterio vel alii pro eo ; scilicet ea licere et absque gabella intrare et exire januas civitatis Pisarum, permictantur per gabellarios et alios quoscumque supra vel de predictas januas deputatos vel deputandos, absque ipsorum prejudicio vel gravamine. Ac et deliberaverunt quod provisores suo apparentes vel deputandi supra sale seu gabella salis civitatis Pisarum, teneantur et debeant quolibet anno et in perpetuum, dare et erogare dicto monasterio seu alii pro eo recipienti sestaria quatuor salis amore Dei et intuitu pietatis, et ut dicti monaci in perpetuum, rogent et supplicent Deum, quod exaltationem, gloriam, et victoriam, largire dignetur populo Florentino per omnia secula seculorum, Amen. Et ne in amen, computus retinendus de extrahendis vel mictendis in vel de civitate predicta, Mandantes predicta per quemlibet inviolabiliter observari sub indignatione dominationis.

Ego Franciscus Antonii Francisci notarius et civis Florentie et nunc notarius dictorum Dominorum et Vexillifori predicti vir rogatus me subscripsi et signum meum apposui consuetum. —

Au dessous traces d'une petite écusson appliqué sur le parchemin (Arch. Cart. Pis. Original, parchemin, long. 0,300. millim. larg. 0, 201., sur le dos le n° 2088, celui de l'Inventaire. N° actuel des Armoires)

(1426. st. ord) 1627, 4 Juin. — Nicolas, habitant la chartreuse de Calci, achète pour 160 livres, à Loctinus, une vigne située a Uzigliano.

In Dei nomine, Amen. Cunctis patebat evidenter. Quod Loctinus olim Vannis de Ste Frediano, communis Caseione Collinarum, per hanc cartam, vendidit et tradidit Nicolao olim Martini de Villa (Basilica Villis Isola) comitatus Lucani, commoranti in monasterio Carthusie de Calci: Petium unum terre vineate cum ficubus, cerasis et aliis fructibus superstantibus, positum in confinibus communis Vzigliani b alne... de aquis predictarum Collinarum, in loco dicto a Lontanecto: Et tenet unum caput cum uno latere in via publica, aliud caput in terra

Tomei

Tomei dim Johannis Grassulini, pisani civis, alienlatus in terra Landuccii dellabate, pisani civis .. et ostpes mensuram staiora decem octo aut si plures vel minus sit per mensuram, cum omni jure, actione, ratione, proprietate etc. ... pro pretio librarum centum sexaginta usuales monete ... quod totum pretium suprascriptus Locdimus ... habuit et recepit. ...

Actum Pisis in ecclesia Ste Clementis, presentibus Cristofore .. et Collino ... Dominice Incarnationis Anno millesimo quadringentesimo octuagesimo septimo, indictione quarta more pisano die quarto junii .. — (St. ord. 1486, 6 Juin.) —

1486, 6 Juin. — Nicolas loue ladite vigne au vendeur.

Nicolaus suprascriptus per hanc cartam locavit .. suprascripto Locatino suprascriptum pretium terre ... ad annos sex proxime venturos .. pro affictu .. videlicet hinc ad Kalendas octobris proxime venturi salmas quatuor bonj et puri vini rubei de vinea recolligende de dicta vinea; et a Kalendis octobris predicti in antea annuatim, demum septembris, cujusque anni dicti temporis, salmas duodecim dicti vini .. etc .. Actum Pisis in suprascripto loco, presentibus suprascriptis testibus ad hec rogatis, suprascripto die. —

Dans une 3e pièce Locdimus s'engage, après les six ans de location, à reprendre la vigne pour le même prix qu'il la vendue, si Nicolas le demande. — Actum Pisis in suprascripto loco, presentibus suprascriptis testibus ad hec rogatis suprascripto die. —

Ego Franciscus olim ser Pieri notarii quondam ser Johannis notarii de Ghissano ... notarius .. interfui ... scripsi et publicavi.

(Arch. cour. Pis. Original, parchemin, long. 0,515 millim. larg. 0,377. — Sur la dos les nos 2089 et 2091, ceux de l'inventaire, qui donne à tort une date différente à la location. Il mll 1427/4 Janv. No actuel des Armoires. —)

(1426. st. ord.) 1427, 22 Aug. — Partage entre Barthelemy et Jean de Schorno, qui avaient hérité des héritiers de Laurent Ciampolini.

In eterni Dei nomine, Amen. Inter cetera que continentur in sententia divisionis ad partem stantem perpetuo duraturam, inter egregium militem Dominum Bartholomeum, filium olim et heredem pro dimidia Ser Coli de Schorno ex una parte, et Johannem, filium et heredem pro reliqua dimidia dicti Ser Coli ex alia parte, data et lata per Michaelem Jacobi de Abbate, civem et mercatorem pisanum, Filippum olim Gerardi Asparii, civem et mercatorem pisanum, et Marianum olim Ciari del Lignoso, civem et mercatorem pisanum, arbitros et arbitratores amicos communes, amicabiles compositores et bonos viros et tertium, communiter et concorditer electos et nominatos secundum formam consilii pisani communis et populi loquentis de compromissis ficendis, videlicet: Michael a suprascripto Domino Bartholomeo et Filippus a suprascripto Johanne, et suprascriptus Marianus, tertius arbiter et arbitrator et amicus communis et amicabilis compositor a dictis partibus, dictis nominibus, communiter et concorditer electus, per cartam compromissi inde rogatam et scriptam a Ser Guillelmo notario quondam Bartholomei Franchi, cive pisano, Anno Dñi Mcc. Ao 1427, Ind. 6a die 27 martii (st. ord. 1426, 27 Mars); et deinde a electione tertii et compromissi et aliis et bailia constat per cartam inde rogatam a dicto Ser Guillelmo dictis Ao ind. et die 14 Julii (1426, 14 juillet); scripta et rogata per me Andream quondam Ser Fini notarii de Boncetanis de Vico pisano, notarium et civem pisanum, Dominice Incarnationis Anno millesimo quadringentesimo vigesimo octavo, indictione quarta, die vigesimo secundo Augusti secundum cursum pisanum (st. ord. 1426, 22 Aug.).: Continetur sic: Quod suprascriptus Dominus Bartholomeus jure divisionis ad partem stantem perpetuo duraturam habeat et habere debeat, et nos Arbitri et Arbitratores et tertius predicti, jure divisionis ad partem stantem perpetuo duraturam,

damus

damus, assignamus et adjudicamus eidem, dictis modis et nominibus, omnes et singulas ipsorum Dni Bartholomei et Johannis domos et casalina et claustrum et portalem positas et factas in communi etc. (sic)...

NB. Omnes et singulas terras campias et vineatas et domos, quas dicti Dominus Bartholomeus et Johannes habuerunt ab heredibus Laurentii Ciampolini, que sunt in capella Ste Justi in Caniccio et seu in capella Ste Marci Kinsice, seu in communi Ste Hermetis de Orticaria qualitercumque sint per capita et latera confinatas et quantumcumque sint per mensuram, vel si qui alii seu alter sunt eorum, vel alicujus eorum confines. Petia duo terrarum etc.. (J'ai copié le document tel qu'il est)

Ego Andreas, filius olim ser Fini notarii de Boncetanis de Pisa pisanus pisanusque civis, Imperiali auctoritate judex ordinarius atque notarius predictis omnibus et singulis interfui et ea rogatus scribere scripsi et publicavi, et ad majorem cautelam et fidem adhibendam, signum et nomen mea posui consueta. —

(Arch. cant. Pis. Original, parchemin, long. 0,377. millim. larg 0,242. Sur la dos la n° 2094, celui de l'Inventaire. N° actuel des Armoires.)

1427, 1er février. — Pandolphus Ciampolini, petit fils et actuellement unique héritier de Laurent Ciampolini, nomme un procureur pour recouvrer des sommes d'argent. —

In Dei nomine, Amen. Cunctis pateat evidenter, Quod Pandolphus, filius olim et heres ab intestato pro tertia parte Johannis, filii olim et heredis pro dimidia ex testamento Laurentii ser Gholi Ciampolini, rogato a publico notario sub suo dotali: necnon heres pro dimidia ab intestato Antonii, filii olim (et heredis ab intestato pro tertia parte dicti Johannis: necnon heres pro dimidia ex testamento Domine Nensis, uxoris sue paterne et uxoris olim dicti Laurentii, heredis (nensis) ex testamento in solidum Gerardi, filii olim et heredis ex testamento pro reliqua dimidia dicti Laurentii

rentii, et filii sui ipsius Domine Nensis: necnon heres in solidum ex testamento Domine Antonie, olim matris sue et uxoris olim dicti Johannis et filie olim Bartholomei dal Voglia, heredis ex testamento Laurentii olim filii sui, filii olim et heredis pro tertia parte dicti Johannis patris sui, necnon nepotis et heredis pro reliqua dimidia dicte Domine Nensis, avie sue paterne, ex testamento; qua Domina Nensis fuit heres in solidum ex testamento Gerardi suprascripti, heredis pro reliqua dimidia dicti olim Laurentii patris sui, necnon heredis ab intestato pro reliqua dimidia Antonii, olim germani ipsorum Pandolfi et Laurentii germanorum, heredis pro reliqua parte dicti olim Johannis eorum patris. Et qui Pandolfus et nunc solus heres suprascripti olim Laurentii ser Ghelis Ciampulini, olim avi sui paterni et suprascriptorum Johannis et Gerardi ex successionibus suprascriptis, dictis modis et nominibus et qualibet eorum, et omni jure, vig, ~~modo, forma et nomine~~, quibus melius potuit, ex certa scientia et tunc pro eorum, fecit, constituit et ordinavit suum, dictis modis et nominibus et qualibet eorum, procuratorem et certum, nuntium, specialem et quicquid melius dici potest, Antonium, filium Johannis olim Aldrobandini Ciampulini, sparerii pisanum civem presentem et acceptantem, dicens se super habere notitiam de quodam instrumento inito et facto inter Johannem suprascriptum, olim patrem dicti constituentis, suo proprio nomine et procuratorio nomine dicti Gerardi, olim germani sui heredis dicti Laurentii, et pro quo derato promisit, ex una parte: Et Jacobum, olim Antoniuoli olim Dni Gerardi de Nirone, spiscopatus Parme et promissionis et stipulationis facte per dictum Johannem ut supra, cedendo, concedendo et quasi tradendo et mandando ipsi Jacobo omnia jura et nomina omnesque actiones et rationes tam utiles quam directas, reales, personales et mixtas florenorum trecentorum de summa florenorum quatuor milium quingentorum sexaginta sex, quos Antoniuolus, pater dicti Jacobi, et Albertinus de Garzis, quondam Dni Manfredini de Palma

de Palma, dare debebant dictis Johanni et Gerardo, dictis nominibus, per cartam rogatam a ser Catalano de Crappal dicto, quondam Dni Cantani, notario et cive Palme ... Ao Dni 1396 ind. 6a die 16 novembris : Ipsa jura florenorum tracentorum, de dicta summa contra heredes suprascripti Antonii di ... contra hereditatem ipsius ... et de omnibus et singulis aliis in ipso instrumento contentis et descriptis, rogato a ser Michaele ser Johannis de Marti, notario pisano ... Actum hic Ao 1417, ind. 10, die 18 oct. more pisano (st. com. 1416, 18 oct.) ; Et de quodam alio instrumento promissionis et obligationis facte per suprascriptum Jacobum, dicto Johanni, preste et dicto Gerardo recipienti, de non petendo ipsa jura eidem a contra Albertinum suprascriptum, vel ejus bona ... vel ejus heredem, vel hereditatem, quorum pretium fuisset solutum suprascripto Laurentio Ciampulino vel ejus procuratori pro satisfactione suprascripti debiti florenorum 4566 auri aut alicujus partis ejus, rogato a suprascripto ser Michaele .... Ad vendendum eidem ... et mandandum dicto Jacobo, si et quando ipse Jacobus voluerit, dicta jura dictorum florenorum 300 de suprascripta totali summa cum ... conditionibus .. in instrumentis .. descriptis, pro florenis 300, de quibus dictus olim Johannes habuit pro parte dicti pretii a suprascripto Jacobo florenos 240 ; et ad ipsum residuum, videlicet florenos 60 restantes .. petendum, recipiendum et confitendum et ...

Actum Pisis in curia Domini pisane potestatis ad banchum, ipsius Dni potestatis, presentibus 3 témoins ... Dominice Incarnationis Anno millesimo quadringentesimo vigesimo septimo, indictione quinta, die primo februarii more Pisarum (1427, 1er février). —

Ego Franciscus olim ser Pieri notarii quondam ser Johannis notarii et Ghessano .. notarius a pris dans les actes du suivant et a publié ...

Ego Guillelmus Bartholomei de Franchis ... notarius .. interfui rogatus et omni permissione ac presidente de predicta dans ses actes par ordre de capitaine de Pise en 1462, ind. 6a die 13 mai (st. com. 1461, 12 mai) et hic manu mea propria de scripsi.

(Arch. cant. Pis. Copie original, parchemin, long. 0,512. millim. larg. 0,350. sur le dos le n° 2093, celui de l'inventaire. — N° actuel des Armoires. —)

(1426. st. ord.) 1427, 5 Dec. — Le Prieur de Calci loue pour 5 ans à François de Nubila, de Pises, la partie de paturage que la chartre a à Olivato pour 7 florins d'or, 11 sols et 9 deniers par an ; item, un pré et une propriété pour 3 florins d'or par an. —

In Dei nomine, Amen. Cunctis pateat evidenter, Qualiter Venerabilis pater Dompnus Bartholomeus olim Neruccii de Viterbio, prior ac iudicius et procurator ad infrascripta et ad alia facienda, monasterii sanctorum Marie et Johannis evangeliste Vallis gratiarum de Calci et Monum Marie et Gorgonii de Insula Gorgone, Pisane diocesis, ordinis cartusie, simul unitorum, et de suo sindicatu et procura constat per cartam rogatam .... dom.ce Inc.is An.o 1426, ind.e 4a 28 dec (st. ord. 1425, 28 dec) ... per hanc cartam, locavit .. et concessit Francisco, filio Iacobi de Nubila, Pisane civitatis tabernario, de capella Ste Barnabe, septimos nos de septem totalibus septimis integris pro indiviso quarta parte integra pro indiviso de quatuor totalibus partibus integris pro indiviso pasture et pasture Olivete, posite et existentis in confinibus communis Liburne cum suis confinibus et pertinentiis, videlicet arbas, frascas, foleas, aquas et aquarum decursus cum suis pertinentiis ... in una parte : et in alia parte, petiam unam terre pretate, vocatum le Prata di San Vito, positum et existens infra confinia dicte pasture .... ac etiam totum podere dicti monasterii, vocatum le Padre della casa a campo, quod contractum est laborari et cultari (sic), positum partim in confinibus et partim juxta confinia suprascripte pasture et pasture ..... a kalendis augusti proxime preteriti ad annos quinque proxime sequturos, pro infrascripta pensione ..... annuatim et singulo anno ... videlicet pro dictis duobus septimis unius quarte partis totius dicte pasture de Olivato, florenos septem auri et rationem librarum quatuor presentis usualis monete pro quolibet florena, et solidos undecim et denarios novem dicte monete (7 flor. 11 sol. 9 den.) et rationem.

ad rationem florenorum centum auri pro toto pastu pro quolibet anno. Et pro dicto prato et podere della casa a campo florenos tres auri ad suprascriptam rationem, videlicet singulis sex mensibus medietatem totius dicte pensionis sine briga... radamationem etc...

Le reste sans formules... engagements reciproques et promesses... Actum Pisis in ecclesia Ste Clementis, presentibus testimonius... Dominice Incarnationis Anno millesimo quadringentesimo vigesimo septimo indictione quinta more pisano, die quinta decembris. (St. nou. 1426, 5 dec.)

Ego Franciscus, olim ser Pieri notarii de Ghassano, notarius... interfui, scripsi et in hanc publicam formam redegi. —

(Pise. Arch. de Priov. Copie du 17e ou 18e siècle sur papier in 4°, 5 pages et 1/2 d'écriture.) —

(1428. st. ou.) 1429, 7 Août. — Le Prieur de Calci reconnait que Leonard et Aldobrandini Ciampolini, père et fils, ne doivent plus rien à la chartreuse, pour une maison à Pise. —

In nomine Domini, Amen. Rev^dus in X^to Pater Dominus Bartholomeus quondam Nerucci de Pistorio, prior, sindicus et procurator, ad hec et alia faciendo, monasterii Sanctorum Marie, Johannis evangeliste et beati Gorgonii, Cartusie de Calci, Pisane diocesis, et de suo mandato sindicatus et procura constat per cartam inde rogatam a ser Johanne... Coriarii... A^o D^ni M^o CCCC^o XXVI^o, ind^one IV^a, die 28 dec. more pis. (st. ou. 1425, 28 dec.), interrogatus a Leonardo quondam Aldrobandini Ciampolini, cive pisano, et Aldrobandino, ejusdem Leonardi filio, pisanis civibus, de capella Ste Filippi de Vicecomitibus et quolibet eorum, fuit confessus in veritate se dicto nomine habuisse et recepisse ab eisdem Leonardo et Aldrobandino et quolibet eorum, omne id totum et quicquid sibi dicto nomine debatur ab eisdem... occasione et causa pensionis sibi debite usque ad diem undecimam mensis martii proxime preterite tantum, Petii unius terre cum apoteciis et domo

et domo solariata tribus solariis, cum porticu a parte anteriori, posita Pisis in capella Ste Filippi de Vicecomitibus suprascripta. Quod tandem unum caput in via publica Burgi, aliud caput in via publica, latus unum in apotheca et domo fratrum Nicosie de Calci, et aliud latus in apotheca Jeronimi et Leonardi de Casina, germanorum, civium Pisanorum et consortum ... Visa, facta et saldata ratione inter eos, et dixerunt, et computatis omnibus et singulis solutionibus factis per predictos Leonardum et Aldrobandinum ... dicto domno priori. ... ac etiam omnibus et singulis expensis per eos factis in reparatione dicte domus et ejus occasione usque in diem undecimum dicti mensis martii proxime preteriti tantum ... etc. ..... puras formulas ... Actum Pisis in Apotheca aromatum Jacobi Luce de Fulgineo, habitatoris Pisarum, et Nicolai Filippi, civis Pisani, speciariorum, quam conducunt a fratribus Nicosie de Calci, posita in capella Ste Filippi suprascripta, presentibus .. ibus testibus - Dominice incarnationis Anno millesimo quadringentesimo vigesimo octavo, indictione sexta, die septima Augusti secundum cursum Pisarum. (st. ord. 1428, 7 Aug.). —

Ego Ricerus, filius ser Bonamati notarii olim Perini de Sancto Savino ... notarius ... interfui ... scripsi et publicavi. ....

(Arch. cant. Pis. Original, parchemin, long. 0,378 millim. larg. 0,211. Il y a un trou dans ce parchemin. Sur le dos le n° 6096, celui de l'Inventaire, N° actuel des Armoires.). —

(1428. st. ord.) 1429, 7 Aug. — Le Prieur de Calci loue pour 6 ans à Leonard et Aldrobandin Ciampolini, père et fils, une maison au faubourg de Pises, pour 40 florins d'or par an.

In nomine Domini, Amen. Reverendus in Xto Pater Dominus Bartholomeus quondam Nuccii de Vitarbio, prior, iudicius et procurator, ad hec et alia facienda, monasterii Sanctorum Marie, Johannis Evangeliste et beati

- lista et bacatè Gorgonii cartusie de Calci, Pisane dioc. sis, ut de huo mandato s'indicatus et procur. constat per cartam rogatam .. Dom. ce M. ejs A. 1426, Ind. 4a, die 28a dec. more Pisarum (ut ow. 1425, 28 dec), locavit et titulo locationis dedit et concessit Leonardo quondam Aldrobandini Ciampulini, et Aldrobandino ejus dam Leonardi filio, civibus Pisanis, de capella Ste Filippi de Vicecomitibus, et cuilibet eorum in solidum presentibus et conducentibus pro se ipsis et quolibet eorum, et eorum et cujus. eorum heredibus et successoribus in solidum : Petium unum terre cum apotheca et domo solariata tribus solariis cum porticu a parte anteriori, positum Pisis in capella Ste Filippi de Vicecomitibus ; Quod tenet unum caput in via publica Burgi, aliud caput in via publica, latus unum in apotheca et domo fratrum Nicosie de Calci, et aliud latus in apotheca Jeronimi et Nicolai Leonardi de Cascina germanorum, civium Pisanorum, et confortum ... cum omni jure, actione, ratione, proprietate etc ... ad habendum, tenendum, gaudendum .. a die cujusque mensis martii proxime futuri ad 3 ex annos proxime tunc futuros, pro pensione .... pro singulo anno dictorum 3 ex annorum florenos quadraginta auri ad rationem librarum 4 solidorum 4 denariorum 4 monete currentis pro quolibet floreno ... solvendos in duabus pagis videlicet singulo semestri cujusque anni dictorum 3 ex annorum ... in denariis et moneta currente tantum, et non in alia re contra voluntatem dicti prioris .... aliquin pena dupli dicte pensionis .. etc .. promissa de chaque côté .. Ad hec Jacobus quondam Luce de Fulgineo, habitator Pisarum, et Nicolaus quondam .. de .. civis Pisanus, de capella Ste Pauli ad ortum, speciarii et quilibet eorum in solidum pro supradictis Leonardo et Aldrobandino conductoribus ... fidejusserunt etc ... toutes les formules ordinaires. ...

Actum Pisis in apotheca aromatum Jacobi Luce de Fulgineo, habitatoris Pisarum et Nicolai Filippi, civis pisani, speciariorum supradictorum

supradictorum, quam ipsi conducunt a fratribus Nicolao de Calci, posita in capella Ste Filippi supradicta, presentibus etc... duobus testibus... Dominice Incarnationis Anno millesimo quadringentesimo vigesimo nono (ita certissima, la nona est un peu effacé, mais encore très lisible), Indictione sexta, die septimo Augusti secundum cursum Pisarum. (Stylo 1428, 7 Aug).

Ego Picus, filius ser Benenati notarii olim Parini de Sancto Savino, civis Pisani... notarius... interfui... scripsi et publicavi....

(Arch. cart. Pis. Original, parchemin, long. 0,424 millim. larg. 0,303. Sur le dos le n° 2062, celui de l'Inventaire, qui donne à ce document la date fausse de 1620, 7 Aug. — N° actuel des Armoires.) —

1428. — Supplique au Pape pour lui exposer que le fondateur de la chartreuse et le plus grand bienfaiteur sont des usuriers; et demander ce qu'il faut faire.

Beatissime Pater, Pro parte humilis filii vestre Sanctitatis Prioris Domus Majoris Cartusie, Gratianopolitane diocesis, humiliter exponitur; litteram, cujus copia de verbo ad verbum, scriptam a priore et conventu Domus Calci, ejusdem ordinis, prope Pisas, sibi missam, recepisse, cujus tenorem hic de continentem, qui in ea describitur: super quo dicti prior et conventus consilium postulant, ut in ea exprimitur, Verum quia heredes usurarii tenentur extorta ab usurario restituere, nec bona hereditaria sufficiunt ad plenam restitutionem, nec si quoe adhuc extant de dicta hereditate restituentur, persone in dicto monasterio pro divino officio ordinate habebunt unde valeant sustentari. Dignetur igitur Sanctitas Vestra super hiis de opportuno remedio providere, ut conscientiae monacorum, qui nunc sunt et pro tempore erunt in dicto monasterio, et nostra, qui curam illius monasterii agimus, non teneantur de predictis. Alias prior et conventus de Calci parati sunt, juxta vestre Sanctitatis dispositionem,

-nam, monasterium ipsum cum omnibus bonis suis et dictarum hereditatum derelinquere, quod cederet in dedecus ordinis et scandalum plurimorum, a quibus predicta dicto monasterio pervenerunt.

Littera conventus cartusie de Calci est ista, videlicet:

Reverendissime Pater, exigit officii nostri cura, ut ea, quae possunt conscientiam nostram sedare, Paternitati vestrae his nostris litteris nunciemus, et postitis congruam adhibere medelam, ut nostrae conscientiae in perplexitate constitutae auxilio Paternitatis vestrae valeant respirare. — Noscat igitur Paternitas vestra, quod monasterium de Calci prelibatum a principio suae fundationis fuit initiatum a quodam ser Piero Mirantis, qui tempore vitae suae a multis extorsit infinitas usuras, de quibus per libros et codices rationum suarum et a quibus extortae sunt usurae non reperiuntur heredes, quia forte elapsi sunt anni sexaginta et ultra; demum in fine vitae suae dictum monasterium sibi heredem, et dictum monasterium jam annis quinquaginta et ultra tenuit et protraxit omnia bona sua et suam pecuniam, expendit in edificiis monasterii. — Post hoc jam annis triginta quatuor elapsis Quidam Coscius de Gambassuris, magnus civis Pisanus, decessit relicto quodam Lotto nepote suo, qui nepos constituit sibi heredem dictum monasterium in omnibus bonis suis, et invenimus per libros et codices rationum dictorum Coscii et Lotti, quod ipsi Coscius et Lotthus, dum vixerunt, dederunt multas florenorum quantitates sub nomine depositi, scribentes in libris suis, quod debitores eorum debebant eis de rationem florenorum octo pro centenario singulo anno. Et sic invenimus ipsos Coscium et Lotthum tempore vitae suae percepisse in vita sua de rationem octo vel decem pro centenario ultra summam florenorum viginti millium. — Mortuo Coscio predicto et postea dicto Lotto in hereditate predicta, remanserunt in florenis debitis dictae

hereditati

hereditatis florenis decem octo millia vel circa. Castrum unum in valle here cum multis possessionibus valoris florenorum trium millium: domus una de Litis florenorum quingentorum, que sunt hodie concessa ad vitam Cosme Lariglio civi Janue et filiis suis per florenos centum quinquaginta: et alie possessiones florenorum forte quingentorum. Adhibita hereditate predicta per monasterium, quidam Dominus Bartholomeus de Gambacurtis, vigore ejusdam legati, petebat omnes pecunias debitas hereditati, ad quod quidam fuit pro tempore venit ad transactionem cum eo, in qua debit eidem florenos septem millia decem predicta. Quidam Lucas del Lante movit questionem dicte monasterio, cum que facta fuit transactio et eidem soluti fuerunt florenis septingenti viginti quinque, postquam fuit multo tempore in Romana curia litigatum. Quidam Dominus Petrus de Galandis movit questionem in dicto unum monasterio unum (sic) in curia Romana, cum quo demum fuit facta transactio et eidem soluti fuerunt florenis quingenti postquam fuit multo tempore litigatum. Domina Joanna, uxor olim dicti Coscii, vigore legati sibi facti a Lotho, nepote suo, habuit a priore Carthuse de Calci florenos mille. In litigiis motis in Romana curia predicta hereditate priores dicti monasterii expenderunt de pecuniis dictarum hereditatum ultra florenos mille quingentos. De pecuniis dictarum hereditatum priores, qui fuerunt in dicto monasterio, expenderunt in edificiis dicti monasterii florenos mille et ultra. Monasterium predictum fructavit dictas hereditates jam annis triginta quatuor et ultra, et habuit quolibet anno in fructibus florenos circa ducentos. Predictum monasterium permutavit unum castrum cum multis possessionibus, quas fuerunt dictarum hereditatum, que dicto tempore erant forte valoris florenorum trium millium: et his diebus,

ille

plutôt castrum

ille qui habuit dictum monasterium (sic) in possessione vendi-
-dit alteri florenis duobus millibus octingentis ; et ex dicta
permutatione dictum monasterium habuit bona, que valent
habuit ?
post etiunc octingentos florenos, de quibus hodie non reperiuntur
quingenti florenti. — Priores dicti monasterii multos debitores
hereditatis liberaverunt, et pecunias predictis liberatoribus
tionibus ?
receperunt et etiam receperunt usuras, que debebant antea ?
predicto tempore vite sue. — Monasterium cartusie de Gorgona
de pecunia dictarum hereditatum habuit florenos mille sexcen-
-tos et ultra. — Prior monasterii de Calci dedit Domino civitatis
de pecunia dictarum hereditatum florenos sexcentos et ultra.
Multi debitores hereditarii facti sunt non solvendo, in tantum
quod eorum jura sint inefficacia, et nudo sunt paucissimi,
quod quidam debitor dictarum hereditatum in florenis mille
quingentis erant ati in carceribus detentus, qui dedit priori de Calci
florenos centum sexaginta quinque et fuit liberatus a toto
et a carceribus relaxatus. De bonis dictarum hereditatum,
et de bonis que primo erant propria dicti monasterii remane-
-serunt possessiones valoris forte quatuor millium florenorum,
ex quorum fructibus domus de Calci hodie sustentatur, et
vix vivere possunt novem monachi in ea, cum conversis et
familiis qui numerantur (sunt) X IIII et XV. — Secundum judicium
nostrum quidquid habet hodie istud monasterium nostrum
est de illicitis acquisitum, et si unquam acquisita a predictis
per usurariam ? pravitatem, istud monasterium (si) decederent triginta
millia florenorum ? non satisfacerent entur ? illicita, que in hoc monas-
-terio devenerunt — Edificia sunt de usuris et de male acqui-
-sitis edificata, et nos vivimus de usuris. (J'avoue ne pas com-
-prendre ces calculs là. L'église, la plupart des cellules et beaucoup d'autres
bâtiments ont été édifiés par des bienfaiteurs particuliers. Etaient ils

N.B.

donc

donc tous des usuriers!). Ex quo nos conscientia remordet et continue stimulat mentes nostras quid agere debeamus. Laudem in contrario facimus hoc etiam Paternitati vestre nostris litteris patefacere et a Paternitate vestra super predictis salubre responsum et consilium expectare. Quocirca Paternitatem vestram humiliter et attente rogamus, ut placide hanc nostram litteram suscipiatis et examinare velitis ac nobis rescribere quid agere debeamus.

Datum in monasterio nostro de Calci anno Domini 1428. —

(Copie trouvée dans le recueil sur la chartreuse de Pise de D. Francisciano, qui ne dit point où il l'a prise. — L'original est aux archives de Pise, me dit l'abbé Manghi. Dans le gros Inventaire au n° 2095, on trouve l'analyse suivante: « 1428. Littera Rmi Gen. Carthusie ad summum Pontificem. Cum enim quidam prior Carthusie Calci animadvertisset ipsum monasterium Carthusie ex usuris fabricatum fuisse, et quidquid ipsum monasterium possidebat ex usuris acquisitum fuisse, et tandem religiosos dicti monasterii vivere, eo quod Pierus Miranti et Cosimus et Lottus Gambacurti, ex quorum pecuniis et hereditatibus monasterium nostrum sumpsit exordium, et incrementum circa ab eo consilium requirit et auxilium. » — Tout cela est exagéré. A la suite de cette supplique vient une longue dissertation faite par quelque théologien ou canoniste sur l'usure, et est intitulée « Resolutione di alcuni dubbi sopra l'usura. » — La copie est trop fautive et trop longue pour que je la copie. — L'auteur de cette consultation est « Ego Nicolaus de Sicilia abbas . . . . Decretorum doctor sequi acta legens . . . » On ne voit pas ce que nos Pères ont fait, il n'y a aucun document pontifical sur cette affaire — Je n'ai pas trouvé la supplique précédente aux archives du Vatican. —

(1429) 1428, 3 Janvier. — Les Prieurs des Arts de Florence, vu l'exemption accordée aux chartreux de Calci par un commissaire du Pape d'une imposition sur le clergé, ordonnent à leurs officiers de ne pas inquiéter lesdits religieux à ce sujet. —

Priores Artium et Vexillifer justitie populi et communis Florentie. Dilectissimi nostri, Ci è stato parlato per parte de' frati e convento di S. Maria et di sancto Giovanni di Calci, de sancto Gorgone de l'isola de Gorgona de lordine di certosa, et acci stato exposto come sono exempti da la imposta de le lire mille posta al charicato di Pisa, et per chiareza di cio ce stato mostro una liberatione et immunità di loro facta per lo commissario del Papa, la quale qui di sotto ad litteram sarà scripta, et potrete tutto comprehendere. Et per tanto noi vi comandiamo che contra essi Frati et conventi o alcuno di loro, o contra ad altri per loro in persona, o in beni per cagione di decta imposta per alcun tempo non facciate gravamento ne molestia alcuna. Et fate che se gravamento alcuno si fusse facto contra di loro, per rispecto de essa imposta, quello si revochi et annulli, mettendo ad executione decta immunità, imperoche tutti insieme co nostri honorevoli Collegi abbiamo solennemente deliberato. Datum, Florentie die III Januarii millesimo quadringentesimo vigesimo octavo. (ou th. dv. 1429, 3 Janvier). —

La copia de la liberatione et immunità sopradecta è questa, cioè:

Magnifici et potentes Domini Domini Priores et Vexillifer justitie excelsi communis Florentie pridem ex relatione religiosi viri fratris Bartholomei de Viterbio, priores monasterii sancte Marie et Johannis Evangeliste de Calci, et sancti Gorgonii de Insula Gorgone iuris immunitorum, ordinis Cartusiensis, Pisane diocesis, ex una, nomine et vice dictorum monasteriorum et Domini Johannis Michaelis de Bardi dicti, plebani Plebis sancti

sancti Laurentii de Curtibus, dicte diocesis, nomine et vice cleri Pisani exempti et non exempti partibus ex alia, innotuit vestre qualiter vestra magna controversie vertentis inter eas dem partes, de et super quota mille librarum, ultimo in restra civitate Pisarum imposita rum, per prefatos claros pro diversis onaribus in cumbentibus eisdem, que debari a dictis u. . . . . offerunatur?.., quod a dicto priore declinatur . . . . hinc inde pira quoque . . . . . videretur quod quid juris esset et quod partium justicia foveret eisdem disjunctionibus referrem, obtemperando igitur reverentar eorumdem preceptis, visis mandatis cujusdam fratris Angeli de Cavis, monachi ejusdem monasterii, in eorumdem sindicum et procuratorem, cum quibuddam aliis in solidum plene et legitime reputatis, ac tenumpto cujusdam mandati in quem dam Dominum Salarum, canonicum Pisanum, in quem de jure et de facto de omnibus et singulis causis, juribus, actionibus et controversiis vertentibus inter eadem monasteria eumdem monasterium et dictos claros, ab eisdem cleris compromittendi potestas fuit concessa; quod mandatum dicti Domini Salarri predictus Dominus Johannes fuisse, co presente, concessum eidem per synodum, et in synodo dictorum clericorum, coram notario publico et me expresse confessum veritatem: visis etiam latissimo compromisso de et super omnibus et singulis dictis causis, juribus, actionibus et controversiis inter eosdem fratrem Angelum et predictum Salarum, monumentis procuratoriis antedictis; in Reverendum Patrem Dominum Johannem de Corneto, Domini Pape Prothonotarium, virum in hiis partibus prefati Domini Pape commissarium; ac inspectis sententia et laude, vigore dicti compromissi, per prefatum Dominum Prothonotarium de anno proxime elapso in favorem dictorum monasteriorum et dicti fratris Angeli prolatis, ac etiam examinatis aliis, commissionem hujusmodi a vestris magnific.

magnificentiis michi factam, liquidantibus, prefatum fratrem Bartholomeum, priorem monasteriorum eisimul unitorum predictorum (et monasteriorum eisimul unitorum predictorum (sic) cette parenthèse semble une répétition inutile) et monasteria predicta et successores dicti prioris a dicta imposita seu quota pretensa mille librarum liberos et immunes, ac libera et immunia et ad illa nullatenus tenari nec fore obligatos aut obnoxios nec obligata et obnoxia, vestris magnificis Dominationibus cum omni debita reverentia refero ac significo, quas felices conservet Altissimus. — Datum Florentie sub parvi signeti mei impressione, quo utor in domo mee habitationis, die XXVIIII mensis Decembris, Anno ab Incarnatione Domini MCCCCXXVIII, indictione septima. Subscriptum: Earumdem Magnificentiarum servitor devotus Nicolaus de Mercatello, Apostolice Camere clericus propria manu subscripsi.

(Arch. cast. Pis. Original, parchemin léger, coupé aux endroits où il a été plié, ce qui fait que plusieurs mots sont illisibles, très effacé: long. 0,283. larg. 0,490. Sur le dos le n° 2098 celui de l'inventaire n° actuel des Armoires. — Un grand sceau et un petit avaient été appliqués sur le parchemin, mais on les a grattés. —)

(1429 st.n.) 1430, 6 sept. — Acte de Vente. — Philippe de Gaitanis, chevalier, vend à Gaspar Buetarii (Bucatario) Biretari, pour 7 florins d'or, moitié d'une maison située à Pise, chapelle St. Donat. L'autre moitié de ladite maison appartient aux chartreux de Calci. —

In dominii dei nomine, Amen. Ex hoc publico instrumento sit omnibus manifestum, Qualiter Filippus, filius quondam et heres Dni Stefani de Gaitanis militis, de Pisis de capella sancti Donati ... per hanc cartam vendidit et tradidit Guasparino quondam Marci Buetario de Pisis de suprascripta capella, medietatem

mediclatem integram pro indiviso unius petii terre cum domo solariata uno solario Pipto et dimidio et cum alio tapo rse, positi Pisis in suprascripta capella Ste Donati, cujus alia mediclatas dicitur esse fratrum de la Certosa de Calci, que domus tenet unum caput in via publica, aliud caput in domo heredum Antonii et Pieri spatariorum germanorum, latus unum in claustro domus habitationis dicti Guasparis, aliud latus in terra et domo heredum Dni Pieri de Gaitanis et dicti Dni Stefani ... cum omni jure, actione etc ... pro pretio ... florenorum septem auri de rationem librarum quatuor pro quolibet floreno currentis monete ... Actum Pisis in claustro domus habitationis dicti Guasparis ... Dominice incarnationis anno millesimo quadringentesimo trigesimo, ind. VIIIa die sexto septembris secundum cursum et morem Pisane civitatis (st. ord. 1429, 6 sept.)

Ego Franciscus quondam Jacobi de Bughallo civis pis. et notarius ... interfui ... scripsi rogatus et rogatus ...

(Arch. Cart. Pis. Original, parchemin, long. 0,450, largeur 0,178. Sur le dos le n° 2099, celui de l'Inventaire, n° actuel des Armoires. —

1432, 24 Juin. — Sigismond, Roi des Romains, prend sous sa protection la chartreuse de Calci, ses habitants et ses biens, et ordonne à tous ses officiers de les laisser aller et venir en toute sécurité pour leurs affaires. —

Sigismundus Dei gratia Romanorum Rex semper Augustus, ac Hungarie, Bohemie, Dalmacie, Croatie etc. Rex. Notum facimus tenore presentium, quibus expedit universis: Quod nos affidamus et assecuramus, tenore presentium, monasterium Carthusiense in valle Calcys, territorii Pisarum, ac omnes et singulos priores, monachos, fratres conversos, familiares ac laboratores et omnes et singulos

et singulos homines et personas in dicto monasterio habitantes, ac bestias, res et bona quecumque dicti monasterii: Et eisdem, nostrum, tutum, liberum et securum conductum, affidantiam et plenissimam securitatem, omni dolo et fraude carentem, pro nobis et nostris et pro omnibus, qui causa nostri facient et dimittent, damus et concedimus et benignius impartiamur: Quatenus possint et valeant undecumque ad dictum monasterium ire et accedere, ibique stare, morari et familiariter habitare et inde exire atque recedere, et per totum territorium et districtum civitatis Pisarum ire, suum victum et necessaria querere, practicare, laborare, cultivare ac laborari et cultivari facere omnes et singulas possessiones et bona quecumque dicti monasterii, et ex dictis possessionibus omnes et singulos fructus, redditus et proventus colligere et percipere, et eum eis et sine eis ad dictum monasterium redire ac revertì: Et generaliter omnia et singula in dicto Pisarum districtu et territorio facere et exercere, que ad vitam et ad victum omnium predictorum, et ad utilitatem et commodum dicti monasterii tantum, et non ad vel ob aliam causam, erunt utilia, commoda, necessaria et oportuna, fructus et res quascunque, seu elemosinas ad dictum monasterium conducere et portare et ibidem residere et residentiam facere, tociens quociens opus erit, tuto, secure, libere, licite ac impune, pro eorum et cuiusque eorum beneplacito voluntatis, omni molestia et noxia novitate cessante: Nullis in contrarium obstantibus, propter que predicti, ut supra nominati, vel eorum aliqui possent capi, detineri, inquietari, impediri, retardari, arrestari et in ere, rebus aut bonis vel personis quomodolibet molestari. — Mandantes universis et singulis Comitibus, Baronibus, nobilibus, militibus, ministerialibus, clientibus, officialibus quibuscunque, Commissariis, Capitaneis, potes-

-tatibus

-tatibus, vicariis, rectoribus, gubernatoribus civitatum, opidorum et villarum, communitatibus armorum, gentibus equestribus et pedestribus, cateris que nostris et Imperii sacri subditis et fidelibus, ad quorum noticiam presentes pervenerint, auctoritate Romana regia firmiter et districte: Quatenus predictam affidanciam, securitatem et salvum conductum predicti monasterio, priori, monachis fratribus, conventui, conversis, commissis, familiaribus et de dicto monasterio habitantibus, ubique debeant in omnibus et per omnia inviolabiliter observare, prout nostram et Imperii sacri indignationem gravissimam voluerint evitare: prestantibus ad nostrum beneplacitum et revocationem huntarat duraturis.

Datum Luca sub nostri regalis sigilli appressione testimonio litterarum. Anno Domini millesimo quadringentesimo tricesimo secundo, die XXIIII Junii: Regnorum nostrorum anno Hungarie etc. quadragesimo sexto, Romanorum XXII, Bohemie vero nonodecimo. (1432, 24 Junii). — Ad mandatum Domini Regis Caspar Slight. (Slink.

In bas au milieu était le grand sceau rond, qu'on a gratté. —

(Arch. cart. Pis. Original, parchemin, long. 0,270. larg. 0,375, sur la dossure n° 2100, celui de l'Inventaire: N° actuel des Armoires. —)

1432, 12 Aug. — et 1433, 18 Juillet. — Dame Catherine, fille de Sr Sr Scacchi, fait l'inventaire de ses biens, sa mère Jacoba étant morte sans testament. —

more Flor. Augusto

In eterni Dei nomine, Amen. Ao 1432o Ind. 10a, die 12 mensis Augusti. Domina Caterina, filia olim ser Scacchi notarii, olim Coscii de Calci, sciens hereditatem Domine Jacobe, filie olim Johannis Andree de Heritis et uxoris olim ser Scacchi olim Coscii suprascripti et matris olim suprascripte Domine Caterine ab intestato sore delatam sibi et Domine Isabette, alteri filie suprascripti ser Scacchi et suprascripte Domine Jacobe alias Puccie, que est monialis

monasterii

monasterii Ste Iustine de Luca, secundum formam statutorum et ordinamentorum ipsius civitatis; Et volens ad hereditatem ipsius Domine Iacobe proparte qua eam contingit, secundum dicta ordinamenta, cum beneficio inventarii et non aliter, ipsam hereditatem adivit ab intestato dicens, ego volo adhereri dicte Domine Iacobe cum inventario et non aliter. Et volens incipere ipsum inventarium dixit et confessa fuit coram me Iohanne, notario olim Andree Coriarii, et testibus infrascriptis se invenisse in bonis et hereditate supradicte Domine Iacobe infrascripta bona, jura et nomina, videlicet:

1° Bona hereditaria et jura hereditarium, que vocantur lo comunale de Capronesi, posita in communi Montis magni potestarie Calci, de quibus habetur et percipitur fructus, proparte que tangebat dictum ser Sacchum, librarum viginti quatuor. Que extimata fuerunt florenis sexaginta.

2° Petium unum terre positum in communi Septimi potestarie Calcine, de quo percipitur annuatim fructus saccorum quatuor grani. Quod petium terre extimatum fuit florenis viginti octo.

3° Quinque petia terrarum vinatarum, posita in confinibus communis Cucigliani, de quibus percipitur omni anno fructus salmarum trium vini, sive pro eo librarum viginti. Que petia extimata fuerunt florenis quinquaginta.

4° Petium unum terre vineatum, positum in confinibus communis Vici in loco dicto Poracchio, de quo percipitur omni anno fructus librarum sex. Quod fuit extimatum florenis quindecim.

Que bona dicte Domine Iacobe assignata fuerunt per dominos capitaneos partis Guelfe et seu eorum commissarios ad hec specialiter deputatos ab eis supradicte Domine Iacobe.

Non deductis nec detractis debitis, si que essent vel reperirentur in dictis bonis et hereditate, salvo sibi Domine Catarine

jure

jure addendi et minuendi huic inventario totiens et quotiens et prout et sicut melius invenerit veritatem, Et talitor me Johannem, notarium, infrascriptum, ut de predictis publicum conficerem instrumentum, rogavit suprascripta Domina Catarina.

Actum Pisis in prima sala domus habitationis mei Johannis notarii ... posita in capella Ste Nicolai, presentibus ut fatur Andrea Antonii de Bagnarea fratre conventus Ste Nicolai ord. Ste Augustini etc.. Dominice incarnationis anno millesimo quadringentesimo trigesimo tercio, ind. decima, die duodecimo mensis augusti more pisano. (St. ord. 1432, 12 Aug.) —

Domina Catarina suprascripta addendo suprascripto inventario dixit et confessa fuit coram me Johanne notario etc. ut supra.. se invenisse in bonis et hereditate suprascripte Domine Jacobe filii et nomen petendi et exigendi florenos septuaginta pro residuo dotis ipsius Domine Jacobe in bonis olim Johannis Andree de Heristis, prout et sicut continetur in carta confessionis ipsius Domine Jacobe, sibi facta a dicto ser Cacho, rogata a ser Gerardo notario ... de Calcinaria Pisis A. 1393, ind. Ia XIIo Kal. febr., salvo sibi jure addendi etc.. ut supra..

Actum Pisis in suprascripto loco etc.. le même augustin ... Dominice incarnationis a millesimo quadringentesimo trigesimo quarto, ind. undecima, die nonodecimo mensis julii more pisano - (St. ord. 1433, 19 Julii) —

Ego Johannes olim Andree Coriarii civis pisanus ... notarius ... interfui ... scripsi publicavi et subscripsi ....

(Arch. Cart. Pis. Original, parchemin, long. 0,513. larg. 0,213. sur la dos le n° 2101, celui de l'inventaire. N° actuel des Archives).

(1434, St. ord.) 1435, 5 Junii. — Le Prieur de la Chartreuse D. Barthelemy de Viterbe, loue pour un an, à Aldrobandin et Gaspar

et à Gaspar Ciampolini, une maison située à Pise in capella
Ste Filippi de Vicecomitibus pour 40 florins d'or. —

In Dei nomine, Amen. Cunctis pateat evidenter, Quod Dominus
Bartholomeus Neruccii de Viterbio, prior, sindicus et procurator
ad hec et alia facienda, monasterii sanctarum Marie et Johannis
Evangeliste, ordinis cartusiensis, Vallis gratie de Calci, ut
de suo sindicatu et procura constat per cartam inde rogatam
a me Johanne notario infrascripto Once In.is A.o 1426, ind.ne 4a
die 28 dec. more pisano (ex It.od. 1425, 28 dec.); dicto nomine loca-
vit et locationis titulo dedit et concessit Aldrobandino et Gas-
pari, filiis Leonardi olim Aldrobandini Ciampolini, civibus
pisanis, de capella Ste Filippi de Vicecomitibus, pro eisdis et
suis heredibus et predicto Leonardo recipientibus, Petium unum
terre cum apothecis et domo solariata tribus solariis et cum
portico a parte anteriori, positum Pisis in capella Ste Filippi
de Vicecomitibus: quod tenet unum caput in via publica ver-
gà, aliud caput in via publica, latus unum in apotheca et
domo fratrum Niccosie de Calci, aliud latus in apotheca Jaroni-
mi et Leonardi de Cascina, civium pisanorum ... cum omni
jure, actione, ratione, ... ad habendum, tenendum, gaudendum
... die XIa mensis martii proxime preteriti A.o 1434 usque
ad Kalendas Januarii proxime venturi A.o 1435, more pisano...
... Quare suprascripti conductores et quilibet eorum ... promise-
runt suprascripto Domno Bartholomeo ... dare et solvere ...
quadraginta florenos auri, librarum quatuor monete currentis
pro quolibet florene, ad totam eam gabellam solvendam communi
Florentie in civitate Pisana ..... solvere in duabus pagis videlicet
in medio dicti termini dimidiam et reliquam dimidiam
in fine etc. ..... Insuper promiserunt facere procurare cum effectu
quod Geronimus de Cascina promictat dicto priori solvere pro

dicta

dicta pensiona flor. viginti quinque, libr. quatuor pro dicto termino in duabus pacis (sic pour pagis). . Extitit fidejussor Nicolaus Filippi spetialis a capella Ste Paule ad orbum. . . .

Actum Pisis in apotheca domus monasterii et spectan, Nicchè de Calci, que fuit olim domine Bici (Batis) uxoris olim domini Mariani Gerardi de Ste Casciano, posite in capella Ste Filippi de Picanitibus presentibus . . . Geronimo Nicolai de Calcina etc. . . Dominice incarn. Ae millesimo quadringentesimo trigesimo quinto, indict. duodecima die quinto junii more pisano. (stile 1434, 5 Junii). —

Ego Franciscus olim ser Pieri notarii quondam ser Johannis notarii de Ghezzano . . notarius . . a pris dans les actes de Jean olim Andree coriarii . . . .

(Arch. Cart. Pis. . Original, parchemin, long. 0,364. larg. 0.357. sur le Fonds 2106, celui de l'Inventaire. — Nº actuel des Armoires).

(1435, st. ord.) 1436, 9 Mai. — Le capitaine de Pise, à la demande du prieur de la chartreuse de Calci, confie à deux notaires le soin de publier les actes concernant l'échange intervenu, le 8 dec. 1404, entre la chartreuse et Laurent Ciampolini.

In Dei nomine, Amen. Inter cetera, que continentur in actis curie Cancellarie Pisani communis et Domini Capitanei et potestatis civitatis Pisarum, factis tempore magnifici viri Nicholai Chocchi Donati de Florentia, honorabilis capitanei custodie et balie civitatis Pisarum et pisane potestatis pro magnifico et potenti populo et communi Florentie pro mensibus sex, inceptis in Kalendis Januarii Ae Dnce Nre 1435, ind. 13a et finiendis et requiritur videlicet in libro extraordinario dicte curie ser Gerardi Francisci Ruffini, pisani civis, notarii et scribe publici dicte curie signato littera H, continetur sic a carta 356 et sequentibus, videlicet:

Positum est curie ab infrascripto Domino Bartholomeo, infrascripto

-cripto nomine, Dnce hnc. A. 1436, Ind. 13a, die 7. Maii (st. ord. 1435, 9 Mai)
Coram vobis, Domino Capitaneo Custodie et balie civitatis Pisarum,
fungente officio Domini Pisane potestatis et vestro officio et vestra
curia: Dompnus Bartolomeus olim Nerucci de Vitarbio prior
et sindicus, ad hec et alia faciendum, monasterii Certose de Calci,
ut de suo mandato infra patebit, dicto nomine exponit et dicit quod
ser Franciscus notarius, olim ser Jacobi notarii de Vico, rogavit
quoddam instrumentum, mutui florenorum quingentorum, anni Dnce
hnc. A. 1384, Ind. 6a die 25 martii, more pisano (st. ord. 1383, 25 Mars).
Et ipsum instrumentum publicavit de scitu dicti ser Francisci, ser
Andreas notarius, filius quondam ser Fini notarii de Vico, civis pisa-
nus, qui se asseruit habere commissionem a Domino Pisane
potestate. — Item exponit et dicit quod ser Bartolomeus notarius,
olim ser Pieri notarii de Ghessano, rogavit quedam instrumenta
inter ipsum monasterium et Laurentium Ghelis Campulini, civem
pisanum; que instrumenta pertinent ad permutationem factam
inter ipsum monasterium et dictum Laurentium: de qua permu-
tatione constat per cartam inde rogatam a suprascripto ser
Bartolomeo notario Dnce hnc. A. 1405, Ind. 13a, die 8 mensis
dec. more pisano (st. ord. 1404, 8 Dec.). Que instrumenta, pertinen-
tia ad dictam permutationem, precedentia ipsam et sequentia
post ipsam permutationem, et ipsum instrumentum permuta-
tionis publicavit ser Franciscus notarius, olim ser Pieri notarii
de Ghessano, qui asseruit in sua subscriptione habere commis-
sionem de actis dicti ser Bartolomei a capitaneis collegii nota-
riorum civitatis Pisarum, qui ad presens non diguntur; Et quod
predicte commissiones, que dicuntur facte suprascripti ser Andree
de actis dicti ser Francisci, et de actis dicti ser Bartolomei
dicto ser Francischo de Ghessano, non reperiuntur. Quare ne
pereant jura dicti monasterii, quia dicto Dompno Bartolomeo
opponitur

opponitur in quadam causa, delegata Dño Abbati Ste Michaelis de Burgo, quod dicta instrumenta non sunt publica: petit a vobis Domino Capitaneo, tanquam Pisane potestate, fieri commissionem de dictis instrumentis publicandis, ita et taliter et sic de cetero adhibeatur ubilibet plena fides. Et predicta petit omni jure quo potest, et produxit dicta instrumenta et instrumentum mi mandati rogatum et publicatum a ser Johanne notario, olim Andree Cortario, cive pisano.

Aldobrandinus Leonardi Ciampolini, procurator Domine Cole uxoris dicti Leonardi, dicto nomine, in persona ex parte suprascripte Domini Capitanei et potestatis per Pisarum Ducatum, publicum numptium pisani communis, ad petitionem religiosi viri Domini Bartalomei Nerucci sindici et prioris monasterii cartusie de Cala suprascripti, dicto nomine, citatus et requisitus est et ei preceptum quatenus die Lune proxime venturo in tertiis hora juris veniat et compareat ad suprascriptam auriam coram suprascripto Domino Capitaneo et potestate, ad videndum fieri commissionem ser Andree ser Turi de Vicho, habenti acta et scedas et protocolla ser Francischi notarii olim ser Jacobi notarii de Vico olim civis pisani, de instrumento per eum producto in actis cause vertentis inter eum et dictum Aldobrandinum, coram Domino Abbate Ste Michaelis de Burgho, Dominice Ine Ste Ao 1384, Ind. 6a die 25a martii, more pisano (st. nov. 1383, 25 Mar), ac etiam ser Francischo ser Pieri de Ghezzano, habenti acta, scedas et protocolla ser Bartalomei notarii olim ser Pieri notarii de Ghezzano, inter que sunt quedam instrumenta inter ipsum monasterium et Laurentium Ghelli Ciampolini civem pisanum; que instrumenta pertinent ad permutationem factam inter eos, dictis nominibus, de qua permutatione constat per cartam inde rogatam a dicto ser Bartalomeo notario, Dominice Incarn. Ao 1405

A= 1405, Ind.a 13.a, die 8 dec. more pisano (st. ord. 1404, 8 dec). Que instrumenta per dictum Dompnum Bartalomeum, dicto nomine, fuerunt et sunt in dicta causa producta. Et interim videat petitionem factam per dictum Dompnum Bartalomeum, dicto nomine et productionem dictorum instrumentorum, et dicat et opponat quidquid velit et potest quare dicte commissiones de dictis instrumentis fieri non debeant. Al rc) die septimo maii, XIII Indicta MCCCCXXXVI, more pisano. (st. ord. 1435, 7 Mai). —

Nobilis vir Nicholaus Chucchi Donati, de Florentia, capitaneus custodie et balie civitatis Pisarum, tanquam pisana potestas, omni jure, via, modo et forma, quibus melius potest, visa suprascripta petitione porrecta per dictum Dompnum Bartalomeum, dicto nomine, visa productione instrumentorum et juris in dicta petitione productorum, et ipsis instrumentis et mandato dicti dompni Bartalomei suprapredicto: Et visa citatione dicti Aldobrandini, et aliis visis et consideratis, que videnda et consideranda fuerunt, commisit suprascripto ser Andree publicationem dicti instrumenti rogati a dicto ser Francischo ser Jacobi de Vico, et suprascripto ser Francischo ser Pieri de Ghessano publicationem dictorum instrumentorum pertinentium ad dictam permutationem et ipsam permutationem, et omnia faciant que in predictis requirentur et dictis instrumentis plena fides ubilibet prebeatur: presente et petente dicto Dompno Bartalomeo, dicto nomine, et accusante contumaciam dicti Aldobrandini, dicto nomine, nichil opponente: Et presente suprascripto Aldobrandino, dicto nomine et contradicente quatenus faciant contra eum: Et presentibus Domino Michaele Luce Domini Pieri Lantis, et ser Gerardo Johannis Henrici, testibus ad hec vocatis et rogatis: Dominice incarnationis Anno millesimo quadringentesimo trigesimo sexto

Indictione

Indictione tercia decima, die nono may, more pisano (st. com. 1435, 9 May)

Ego Gerardus, olim Francisci Ruffini, civis pisanus, imperiali auctoritate notarius, atque notarius et scriba publicus infrascripte curie cancellarie pisani communis et dicti Domini Capitanei et potestatis, predictis omnibus interfui et ea rogatus in dictis actis scripsi et inde hic sumpsi, exemplavi et publicavi et mea solita signo et nomine roboravi. —

(Arch. cant. Vt. Original, parchemin. long. 0,334. largeur 0,343. sur la boîte n° 2108, celui de l'inventaire. N° actuel des Armoires)

(1435, st. ord.) 1436, 13 Août. — Le Prieur de la chartreuse de Calci en appelle au Pape d'une sentence portée contre la chartreuse, le 4 Août 1435, par l'abbé de St Michel in Burgo, délégué apostolique. Procès entre la chartre et Cola, veuve de Léonard Ciampolini. —

In Dei nomine, Amen. Ex hiis publicis instrumentis sit omnibus manifestum, Quod venerabilis et religiosus vir Dompnus Bartalomeus Neruccii de Viterbio, prior, sindicus et procurator, ad hec et alia faciendum, monasterii et conventus sanctorum Marie et Johannis Evangeliste, ordinis cartusiensis, Vallis gratiose de Calci: ut de suo sindicatu, procura et mandato constat per cartam inde rogatam et publicatam a Ser Johanne notario, olim Andree Michaelis Coriarii dal Campo, civa pisano, notario publico, Anno Dn. ni A° 1426, ind. 4a die 28a dec. more pisano (st. com. 1425, 28 Dec.): dicto sindicatus et procuratorio nomine, pro dicto monasterio et conventu, ac etiam et tanquam Dominus infrascripte litis et cause dictum vocatum infrascripto nomine, et infrascriptum Aldobrandinum infrascripto nomine, et seu infrascriptam Dominam Colam, ejus principalem. Constitutus in presentia venerabilis et religiosi et honesti viri Domini Dominici Luce de Calvanensibus, de Florentia, Abbatis

Abbatie

Abbatie et monasterii Ste Michaelis in Burgho, pisane civitatis, judicis delegati a Sede Apostolica inter Dominam Colam, uxorem Leonardi Ciampulini, laici in civitate pisana, ex una parte, et priorem et fratres Domus pisane, cartusiensis ordinis, ex alia parte, specialiter deputati per litteras apostolicas sanctissimi in Xto Patris et Dni Dni Eugenii pape quarti, datas Rome apud Stum Petrum Anno Incarnationis Dominice 1433o nonas decembris, pontificatus sui anno tertio (1433, 5 dec.): sententiam sic, dicto nomine, gravatum, et in futurum posse fortius aggravari a quadam, asserta sententia, lata, ut dicitur, in favorem et ad petitionem Domine Cole, filie olim ser Pieri Vannis de Villa ecclesie Sardinie, et uxoris Leonardi Aldobrandini Ciampulini speciarii pisani civis, et ser Aldobrandini filii dicti Leonardi et dicte Domine cole filii, et procuratoris: Et qua asserta sententia constat per cartam inde rogatam a ser Guarnerio notario, olim Francisci Ruffini, civa pisano, Dominica Inc. Anno 1436o Ind. 13a, die jovis quarto Augusti (st. ord. 1435, 4 Août), in vesperis hora juris vel alio vel viri dati: Dicit dictam assertam sententiam, ut dicitur, latam et rogatam, ut supra, fuisse et esse nullam et nullius efficacie, roboris vel momenti, et latam contra formam juris canonici et civilis et contra formam statutorum et ordinamentorum pisane civitatis, et contra sacras constitutiones sacrorum canonum et nullam executionem mereri in favorem et ad petitionem suprascripte Domine Cole et ser dicti Aldobrandini, filii et procuratoris sui; Et si et in quantum et in casu quo esset aliqua seu valeret et teneret de jure quod tamen a dicto Domino Bartholomeo, dicto nomine, negatur, dicit fuisse et esse iniquam et injustam et iniquo et injuste latam et datam ab ipso Domino Dominicho, judice delegato predicto, contra dictum monasterium et conventum et dictum Dominum Bartholomeum, dicto nomine, in favorem suprascripte

Domine

Domine Cole et suprascripti Aldobrandini, ejus filii et procuratoris; Et ideo ab ipsa assorta sententia, tanquam iniqua et injusta et iniqua et injuste lata ab ipso Domino Dominico, judice delegato predicto, in his scriptis appellavit et provocavit, appellat et provocat ad Sanctissimum in Xto Patrem et Dominum Dum Eugenium papam quartum, et ejus sedem Apostolicam, petens dicto nomine ipse Dompnus Bartolomeus omni jure, quo melius et efficacius potest, a suprascripto Dño Dominicho, judice delegato predicto, apostolos (sic) et acta cause. Et iterum petit instanter, instantius et instantissime petit, subponens se jurisdictioni et coherctioni et protectioni prefati Sanctissimi Dni nostri Pape et sue sedis apostolice: Et protestans cum reverentia prefato Dño Dominico, judici delegato predicto pro hac appellatione et nullitatis et appellationis causa pendenta nulla dicto monasterio et conventui et seu dicto Dompno Bartolomeo, dicto nomine, fiat mentio non tuis in prejudicium juris dicti monasterii et conventus. Et taliter me Gerardum notarium, olim Francisci Ruffini, infrascriptum, pisanum civem, rogavit et inde conficerem instrumentum. — Actum Pisis in ecclesia Sti Michaelis in Burgho, pisane civitatis, presentibus Pardo olim Francisci Calsaiolo, cive pisano, de capella Sti Filippi de Vicecomitibus, et Johanne Biondi de Sto Miniate, testibus communiter Pisis, testibus ad hec vocatis et rogatis, Dominice Incis Anno millesimo quadringentesimo trigesimo sexto, indictione tertia decima, die tertio decimo Augusti, circa horam tertiarum. (Ita ado. 1435, 13 Aug.)

Dominus Dominicus, judex delegatus suprascriptus, lectas sibi per me Gerardum, notarium supra et infrascriptum, suprascripta appellatione et nullitatis dictione et ab ea plene intellecta, et dixit, admisit eam in quantum de jure tenetur et debet

et non

et non aliter. Et eidem Domino Bartolomeo, dicto nomine, detulit pro apostolis acta causa, et statuit eidem Domino Bartolomeo, dicto nomine, terminum unius mensis proxime venturi ad presentandum se et dictam appellationem et omnia et singula suprascripta coram prefato Domino nostro Papa et ejus curia. Et talitor me Gerardum, notarium supra et infrascriptum, rogavit ut inde publicum conficeram instrumentum. Actum in suprascripto loco, presentibus suprascriptis testibus ad hec vocatis et rogatis, suprascriptis anno, indictione et die. —

Ego Gerardus, olim Francisci Ruffini, civis pisanus, imperiali auctoritate notarius, predictis omnibus et singulis interfui et ea rogatus scribere scripsi et publicavi et meum signum et nomen apposui consueta in fidem omnium premissorum.

(Arch. cart. Vs. Original (parchemin, long. 0,327. larg. 0,373. Isolé sous le n° 2107, celui de l'Inventaire, qui met à tort la date de 1435 l'isano. N° actuel des Armoires.)—

1435, 12 sept. — Exemplaire de l'acte d'appel précédent fait à Florence par un notaire du Pape. —

In nomine Domini, Amen. Anno a nativitate ejusdem millesimo quadringentesimo tricesimo quinto, indictione tertiadecima, die vero lune duodecima mensis septembris (1435, 12 sept.), pontificatus sanctissimi in Xto Patris et Dni nostri Dni Eugenii divina providentia Pape quarti anno quinto, Florencie in palatio dicti Dni nostri Pape ante portam, per quam itur ad cameram, secretam ipsius Dni nostri pape. In mei, notarii publici et testium, infrascriptorum ad hoc specialiter vocatorum et rogatorum, presentia, personaliter constitutus + venerabilis et religiosus vir Dns Bartholomeus Nerucci de Vitorbio, prior et procurator monasterii et conventus sanctorum Marie et Johannis Evangeliste, ordinis cartusiensis, vallis gratie de Calci

Calci, asserens promictens de sue procurationis mandato fidem
facere quis loco et tempore oportunis; tenensque et
habens in suis manibus quoddam appellationis a quadam
sententia per Rev^dum Patrem D^num Dominicum Luce de Calva-
nensibus, abbatem monasterii S^te Michaelis in Burgo Pisano
judicem^em et commissarium^um delegatum^um a sede apostolica deputatum^um
in quadam causa dubium ventilata inter honestam Domi-
nam Colam, uxorem Leonardi Ciampulini laicis pisani
ex una, et priorem et fratres domus pisane, dicti ordinis
cartusiensis, partibus ex alia: pro dña Cola filia filie olim
Piери Vannis de villa ecclesie Sardinie, et uxore Leonardi
Aldobrandini Ciampulini speciarii, civis pisani, ac Aldobran-
dino, filio dictorum Leonardi et Domine Cole et procuratore
lata; interposito publicum instrumentum, ut prima facie
apparebat, per notarium publicum subscriptum et signatum
ac inferius de verbo ad verbum denotandum, animo et intenti-
one prefato Domino nostro Pape ad prosequendam ipsam appellatio-
nem presentandi ac causam ipsam coram eo faciendi et peten-
di honorabilem virum Dominum Petrum Leono, litterarum
apostolicarum abreviatorem et ejusdem Domini nostri Pape
credenciarium ibidem presentem, audientem et intelligen-
tem, utrum presentiam dicti Domini nostri Pape habere pos-
set ad presentandum sibi dictum instrumentum appella-
tionis et causam hujusmodi committi faciendi interrogavit. Qui
quidem Dominus Petrus Credenciarius et abreviator dicto Dno Bartho-
lomeo priori et procuratori presentiam dicti Dni nostri Pape habere
non posse .... etc ... on donne ensuite la date d'appel précédent et on
finit ainsi " de et super quibus omnibus et singulis prefatus Dnus Bar-
tholomeus principalis et procurator petiit sibi et dicto nomine fieri
unum vel plura publicum seu publica instrumentum seu instrumenta.

Acta

pisanam civam, filiam et procuratorem, Domina Cola matris sue et uxoris supra scripti Leonardi, ut de hac procura constat per cartam rogatam et scriptam a ser Gerardo notario, quondam Francisci Ruffini, pisano cive, huius Inc.is A.o 1434, Ind.e 12.a die 25.a febr. nuper pisano (1434, 25 febr.) vel alio ydatali: dicto procuratorio nomine, pro dicta Domina Cola matre sua, littaris Rev.mi in X.to patris et Dni Dni Guillielmi miseratione divina tituli S.te Martini in Montibus sacrosancte Romane ecclesie presbiteri cardinalis, de Estante villa vulgariter nuncupati, judicis et commissarii executoris uniti ad infrascripta et in dictis ejus littaris notata a sede apostolica specialiter deputati, ejusdem Dni Cardinalis vere et noto sigillo in materia cere in filo rubeo impendenti munitis cum ymagine beati Martini super equo et alia ymagine nuda juxta equum, in medio et in parte inferiori, cum media beate Marie virginis cum filio in brachio, cum duabus aliis imaginibus angelorum, una ab utroque latere in tabernaculis: et in parte inferiori cum ymagine unius prelati cum duobus clipeis cum insignis supra scripti Domini Cardinalis et capellis desuper juxta dictam ymaginem, videlicet uno ab utroque latere; et cum ita littaris circumarcha in cera rubea, sanis et integris non illesis non vitiatis (nec non vitiatis?) non cancellatis, non abrasis nec in aliqua sui parte suspectis, sed omni prorsus vitio ac suspitione carentibus, Datis Florentie in domo residentie prefati Domini Cardinalis sub A.o a nativitate Domini 1441, indictione 4.a, die vero Lune 13.a mensis martii, pontificatus sanctissimi in X.to patris et Dni nostri Dni Eugenii divina providentia pape quarti anno XI.o: et scriptis et rogatis manu Johannis de Roqua, clerici Baiocensis publici apostolica et imperiali auctoritate ~~hus~~notarii prefati Rev.mi Domini Cardinalis ~~scripti~~ et huiusmodi causa infrascripta coram eo scriba. Que quidem littere sic

in ejusmodi

incipiunt: Guillermus miseratione divina tituli Ste Martini de... et de dicta presentatione constat per cartam rogatam et scriptam a me Francisco notario infrascripto die vigesimo tertio martii proximè preteriti (1441, 23 Mars): tanquam obediens filius sequens formam dictarum litterarum et processus, ex auctoritate et mandato in eis contentis et injunctis, ad petitionem et instantiam infrascripti Aldrobandini, dicto procuratorio nomine, quo supra, dicto infrascripte Domine Cole, mihi ibidem presenti et petenti, + precepit et mandavit Dompno Laurentio, priori ac sindico et procuratori infrascripti monasterii Cartusie, in infrascriptis et processu nominato, ibidem, presenti et intelligenti, quatenus infra novem dies proxime venturos, quorum novem diarum, tres pro primo, tres pro secundo et reliquos tres dies pro tertio et ultimo ac peremptorio termino et canonica monitione premissa sibi assignavit: debeat dicte et integraliter solvisse infrascripte Domine Cole, et sue dicto Aldrobandino ejus procuratorio dicto nomine, florenos Ducentos viginti auri de camera in dictis litteris et processu contentos et nominatos occasione expensarum: et florenos quatuor auri de camera, bona et justa forsuris taxatos pro infrascriptis litteris et processu, ut in dictis litteris et processu continetur, sub pena excommunicationis et aliis penis et censuris, prout in infrascriptis litteris et processu continetur: Alioquin elapso infrascripto termino et postea quandocunque ad publicationem dicte excommunicationis sententie et ad alia contra eum procedendum, formam infrascriptarum litterarum et processus, et prout in eis continetur, et sibi injungitur et mandatur. Et predicta omnia sibi intimavit et notificavit et legi fecit per me Franciscum notarium infrascriptum, in presentia infrascriptorum testium. Et taliter me Franciscum notarium infrascriptum rogavit, ut de predictis

de predictis publicum conficeren instrumentum. Actum Pisis in ecclesia Ste Michaelis de Burgo, presentibus presbitero Mariano, olim magistri Raynerii Lapicide, rectore ecclesie Ste Bartholomei de Orgignano vallis Arni: presbitero Teronimo Gerardi Magdalarii, capellano in pisana majori ecclesia, et aliis testibus ad hoc rogatis, Dominice Incarnationis Anno millesimo quadringentesimo quadragesimo secundo, Indictione quarta, more pisano, die tertio decimo May. (st. ord. 1441, 13 Mai). —

1441, 28 Nov. — Dame Cola reconnait avoir reçu du Prieur de la chartreuse les 226 florins d'or de camera. —

Domina Cola, uxor Leonardi olim Aldrobandini Ciampulini Spetiarii, civis pisana in suprascriptis litteris et processu nominata, cum presentia, consilio, consensu, deliberatione et voluntate suprascripti viri sui et suprascripti Aldrobandini filii sui et procuratoris, interrogata a suprascripto venerabili patre Domino Laurentio + priore et sindico suprascripti monasterii Cartusie, etiam in suprascriptis litteris et processu nominati (sic) et dictis modis et nominibus quibus supra agentis et interrogantis et sequentis formam precepti sibi supra sibi facti a suprascripto Domino Abbate, ut supra constat, et cessare volentis omnem ecclesiasticam censuram: fuit confessa in veritate se habuisse et recepisse et apud se habere ab eo, dictis nominibus, et dicto monasterio, suprascriptos florenos Ducentos viginti auri de camera sibi ab eo dictis nominibus et dicto monasterio et eius conventu debitos occasione expensarum predictarum: et suprascriptos florenos quatuor auri de camera bonos et justi ponderis taxatos, ut in dictis litteris continetur; et sibi de premissis omnibus fuisse et esse integraliter satisfactum juxta formam et tenorem suprascriptorum litterarum et processus, computatis in his omnibus et singulis omnibus et singulis solutionibus sibi quam alteri pro ea usque hodie factis:

et omnibus

et omnibus et singulis florenorum et denariorum summis et quantitatibus suprascripto monasterio et ejus conventui ab eo, sive a dicto Leonardo ejus viro, aut a dicto Aldrobandino ejus filio vel altero debitis occasione pensionis petiæ terræ cum domo et ejus apotecarum in suprascriptis litteris et processu notatæ, pro tempore preterito seu usque ad diem latæ sententiæ interocos. Renunciando exceptioni etc.... Preterea etiam, suprascripta Dina Cola.... pro hac cartam, fecit suprascripto Domino Laurentio priori ac sindico et procuratori... finem, liberationem, quietationem, absolutionem generalem, transactionem et pactum perpetuum de amplius non petendo, nec ipsum... inbrigando, inquietando etc... formulas et promissas debitas age ad plenum duplè... Actum Pisis in domo habitationis suprascriptorum Leonardi, Domine Cole et Aldrobandini in suprascriptis litteris et processu notata, posita in capella Sancti Filippi de Vicecomitibus, presentibus ser Leonardo notario olim ser Johannis notarii de Arena de capella Ste Eufrasie: et Michaele olim Datè Lanario de capella Ste Cecilie, testibus, ad hec rogatis, Dominice Incarnationis Anno millesimo quadringentesimo quadragesimo secundo, indictione quinta, more pisano die vigesimo octavi Novembris. (M. ord. 1441, 28 Novembris)

Ego Franciscus olim ser Pieri notarii quondam ser Johannis de Ghessano, pis. atque flor. cìv. et ... notarius ... interfui. suscripsi et in hanc formam publicam redegi.....

(Arch. Cart. Pis. Original, parchemin. long. 0,473. larg. 0,310. — Sur le dos le n° 2123, celui de l'Inventaire. N° actuel des Armoires.)

1441, 11 Aout. — Les Prieurs des Arts de Florence accordent pour 5 ans, à la chartreuse de Calci, l'exemption de 46 livres 11 sols de gabelle par an. —

In Dei

In Dei nomine, Amen. Anno Incarnationis Domini nostri Jesu Xti millesimo quadringentesimo quadragesimo primo, indictione quarta, die undecimo mensis Augusti. (1441. 11 Août)

Magnifici et potentes Domini Domini Priores artium et vexillifer justitie populi et communis Florentie, unacum officiis Gonfaloneriorum societatum populi et duodecim bonorum virorum dicti communis, audita expositione coram eis facta proparte fratrum Capituli et conventus Ste Marie et sanctorum Johannis Evangeliste et Gorgonii vallis Calcis, olim comitatus Pisarum, et hodie comitatus Florentie, continente qualiter tempus, pro quo alias deliberatum fuit quod dicti fratres, capitulum et conventus possent immittere in civitate Pisarum quascumque eras, pro eorum victu et vestitu necessarias, sine solutione gabellarum ad portas civitatis predicte usque in quantitatem librarum quadraginta sex, solidorum undecim, pro quolibet anno dicti temporis, et seu quod camerarius gabellarum Pisarum pro Comuni Florentie dare et solvere deberet dictis fratribus, capitulo et conventui, vel eorum sindico et procuratori pro eis, quolibet anno dicti temporis, libras quadraginta sex solidos undecim, superscriptos pro restitutione gabellarum predictarum, et quod teneretur solvere gabellas predictas sicut habuit; Et quod ipsi cuperent de nova taxa pro restitutione dictarum gabellarum eis fienda provideri, et propterea de infrascripta deliberatione finaliter concludente. — Et volentes dictorum fratrum justis postulationibus assentire, premisso, facto et celebrato inter ipsos simul collegialiter in sufficientibus numeris congregatos in palatio populi Florentini solenni et secreto scrutinio ad fabas nigras et albas, et obtento partito secundum formam provisionis, edite per opportuna consilia populi et communis Florentie de mense Junii proxime preteriti, videlicet die

-licet die nono dicti mensis in consilio communis, vigore auctori-
-tatis et potestatis eis concesse et actributa, pro provisione
predicta et omni modo, via, jure et forma, quibus melius potue-
-runt, providerunt, ordinaverunt, liberaverunt atque declara-
-verunt dictos fratres, capitulum et conventum posse et debere
gaudere beneficio dicte provisionis, de qua et prout supra fit
mentio, pro quinque annis proxime futuris, initiatis die pras-
-enti, pro quantitate librarum quadraginta sex, solidorum
octo cum, infrascriptorum, pro quolibet anno dictorum quinque
annorum, tanquam de minori seu equali summa, pro qua
alias taxati fuerunt, eisdem et seu eorum sindico pro eis sol-
-venda et seu restituend a per camerarium generalem pro
communi Florentie civitatis Pisarum, de sex mensibus in sex
menses, pro ut pro rata contingit. Cum hoc quod ipsi pro rebus
immittendis in dicta civitate Pisarum solvant gabellas
ordinatas ad portas dicte civitatis Pisarum, et pro ut alii
quicumque facere tenerantur secundum ordinamenta dicte
civitatis Pisarum.

Ego Albertus, olim Domini Luce de Florentia, imperiali
auctoritate judex ordinarius et notarius publicus, coadjutor
provisi et egregii viri ser Philippi, ser Ugolini Pieruzi de Flo-
-rentia, scriba reformationum consiliorum populi et communis
Florentie, predicta ex actis et libris actorum dicti populi et
communis, in palatio populi Florentini penes dictum ser Phi-
-lippum existentibus, fideliter sumpsi, scripsi et publicavi
et in fidem predictorum me subscripsi et signum meum apo-
-sui consuetum. ℔.

Ammonne avuto (adì 14 di luglio 1446 y-46 per il dagino Ginoci
camarario generale di Pisa per la restituzione delle gabelle d'uno anno
incominciato adì 11 agosto 1445 e finito come segue — #46.B11. —
(voir après) —

(Arch. cart. Pis. Original, parchemin, long. 0,510. larg. 0,212., sur le dos le n° 2184, celui de l'Inventaire. N° actuel des Armoires) —

(1442. St. ord.) 1443, 3 Mai. — Le Prieur de la chartreuse, D. Laurent de Foltro, délègue son vicaire, D. Barthelemy de Viterbe, pour prendre possession du château d'Alica. —

In Dei nomine, Amen. Cunctis patat evidenter, Quod Venerabilis + pater Dompnus Laurentius Johannis Francisci de Foltro, prior ac sindicus et procurator domorum, sive monasteriorum sanctorum Marie semper virginis et Johannis Evangeliste, Valli gratiose de Calci, et sanctorum Marie et Gorgonii de Insula Gorgone, Pisane dyocesis, perpetuo ac in vicem, auctoritate apostolica unitorum, ut de tuo sindicatu et procura constat per cartam rogatam et publicatam a me Francisco notario infrascripto, Anno Inc.is Dn.i 1441, Ind.a 3.a, more pisano, die vigesimo quinto Junii (St. ord. 1440, 25 Jun.) habens de infrascriptis plenum et sufficiens mandatum, per formam infrascripte carte sindicatus et procure, citra tamen revocationem aliorum sindicorum et procuratorum infrascriptorum monasteriorum et eorum conventus, per hanc cartam omni jure via, modo, forma et nomine, quibus magis ac melius potuit et potest, substituit et subrogavit unum, dictis modis et nominibus et dictorum monasteriorum et eorum conventus, sindicum et procuratorem et certum nuntium specialem Dompnum Bartholomeum olim Norucii de Viterbio, monacum atque vicarium infrascriptorum monasteriorum, presentem et acceptantem specialiter et nominatim ad ingrediendum, intrandum adhipiscendum et acceptandum et de predictis monasteriis et eorum conventu, pro ipsis et immictis faciendum et acceptandum possessionem et tenutam corporalem et actualem, quorumcunque bonorum, possessionum et rerum, tam mobilium quam immobilium, et maxime

descriptor

descriptorum et notatorum et descriptarum et notatarum in quadam sententia lata in favorem suprascripti prioris et sindici et procuratoris, dictis nominibus, et ejus conventus, a Domino potestate civitatis Florentie, et confirmata a Domino Capitaneo populi et judice appellationum dicte civitatis florentie contra et adversus nobilem Dominum Dominam Lorinam, uxorem olim Domini Gabbrini fondute de Cremona, heredes suis datalibus et aliorum quorumcunque bonorum. Et ad omnia et singula que habet in mandatis ex forma suprascripte carte sindicatus et procure. Promittens per solempnem stipulationem michi Francisco notario infrascripto, ut persona publica, agenti, stipulanti et recipienti pro omnibus et singulis quorum interest vel interesit aut interesse possit, se firmum et ratum semper et omni tempore habere et tenere totum et quicquid dictus Dompnus Bartholomeus fecerit dicto nomine de predictis. Et contra non facere vel venire per se vel alium, aliquo modo vel jure, ullo unquam tempore: ad penam dupli totius ejus, de quo contra ageretur vel fieret stipulatione premissa, sub obligatione bonorum suorum, et dicti monasterii et eorum conventus omnium. Actum in suprascripto monasterio de Calci, presentibus Nicolao olim Martini de villa Basilica, et Piero olim Laurentii de Ste Piero de Montebuono comitatus Florentie, commorantibus in suprascripto monasterio, testibus ad hoc rogatis Dominice Incarnationis Anno millesimo quadringentesimo quadragesimo secundo, indictione quinta, more pisano, die tertio May. (st. com. 1442, 3 Mai). —

Ego Franciscus olim ser Pieri notarii quondam ser Johannis de Ghessano ... notarius ... interfui, rogatus .. publicavi ...

Sur la dos de la notaire a écrit la lettre suivant: « Syndicatus monasterii certusie specialiter ad accipiendum tantum, contra

Aliche

Alicha ex causa judicati. Habuerat enim monasterium duas sententias in favorem sui, scilicet, in causa principali et in causa appellationis pro dicto castro, contra Dominam Pominam, ascoram Domini Gabrini de Fundulis et Paganum eorum filium.» —

(Arch. cant. P.S. Original, parchemin. long. 0,350. larg. 0,254. Sur la dos le n° 2124, celui de l'Inventaire. N° actuel des Armoires)

(1442. st. fl.) 1443, 5 Mai. — D. Barthelamy de Pitarbe est mis en possession du château d'Alica et des biens qui en dépendent, par un délégué de Florence, Julianes. —

In nomine Domini, Amen. In his publicis instrumentis pateat omnibus evidenter, Quod Julianus, olim Antonii de populo Sancti Frediani civitatis Florentie, publicus nuntius Comunis Florentie, vigore forme commissionis sibi facte ab egregio doctore Domino Bonifacio de Perutio, judice collaterale Domini potestatis civitatis Florentie in quartorio Ste Marie novelle et Johannis, per quandam sententiam latam a dicto Domino judice collaterale in favorem monasterii et conventus sanctorum Marie Virginis et Johannis Evangeliste Vallis gratie de Calci de prope Pisas, ordinis cartusiensis, et suo ejus legitimum, sindicum et procuratorem, pro eo, contra et adversus Dominam Pominam, ascoram olim Domini Gabbrini olim Domini Venturini de Fundulis de Sonano et filiam olim Domini Fatii de Gavazis de Sonagla de Laude, et contra Paganum, filium dicte Domine Pomine et olim dicti Domini Gabbrini, et alios quoscumque detinentes predicta Domina Pomina, et Johannem alias Nannem et Laurentium et Michaelem, fratres et filios quondam Bartholomei de Amiano, civis pisanos, et quemlibet ipsorum seu eorum procuratores: Et scriptam, in actis dicti

Domini

Domini potestatis a ser Michaele Johannis de Portio notario et scriba publico dicti Domini potestatis et ejus curie, et seu alio notario, sub suo tempore et datali: et confirmatam a Domino Capitaneo populi et judice appellationum dicte civitatis Florentie, existens personaliter in communi Allice Vallis Here, olim comitatus Pisarum, et nunc comitatus Florentie, coram me Francisco notario et testibus infrascriptis, petiit et induxit religiosum virum Dompnum Bartholomeum Neruccii de Viterbio, monachum atque sindicum et procuratorem supradicti monasterii Cartusie, substitutum specialiter ad omnia et singula infrascripta a ven.^d patre Dompno Laurentio Johannis Francisci de Feltro, priore atque sindico et procuratore supradicti monasterii et ejus conventus, ut de ejus sindicatu et procura constat per cartam rogatam et publicatam a me Francisco, notario infrascripto, Dnice Ind.^e A.^o 1441, Ind.^e 3.^a, more pisano, die 25.^o Junii (st. ord. 1440, 25 Juin); et de substitutione dicti Dompni Bartholomei etiam constat per cartam rogatam a me Francisco, notario infrascripto, Dnice Ind.^e A.^o 1443, Ind.^e 5.^a, die 3.^o May, (st. ord. 1442, 3 Mai), vel alio datali; sindicario et procuratorio nomine, pro dicto monasterio et ejus conventu, in corporalem et actualem possessionem et tenutam petii unius terre, quod est podium cum castro et domibus Alice, presente et consentiente supradicta Domina Pomina et dicto Pagano ejus filio, et omnium et singulorum petiorum terrarum, possessionum et domorum, pratiorum, pasturarum, pratorum, vinearum, olivarum, nemorum, carbonariarum, officinarum, villarum et casarum et omnium et singularum ~~petiorum terrarum~~ aliarum rerum et bonorum, que quondam fuerunt Locti, filii quondam Francisci Conti Gambacurte, et de quibus omnibus et singulis in sententiis supranominatis et causis agitatis inter dictas

partes

partes fit mentio: Et specialiter et nominatim in instrumento permutationis facte de ipsis rebus inter dictum monasterium et ejus conventum, ex una parte, et Laurentium Ciampolinum, ex alia, in actis dicte curie producto: Et jurium et pertinentiarum omnium et singulorum predictorum et cujusque eorum positorum et existentium in confinibus et infra confinia comunium Alice, Peciuli, Paulis, Palarie et Montis Sosculi, dicti comitatus Pisarum et nunc comitatus Florentie, et cujusque ipsorum comunium. Et taliter me Franciscum, notarium infrascriptum, rogavit ut de predictis publicum conficerem instrumentum. Actum in dictis comunibus et quolibet eorum et super dictis petiis terrarum et quolibet eorum, presentibus Gerardo Antonii Nerii Pelte, pisano cive: Justo Amerigi de comuni Palarie: Mariano Lippi de villa Salatti, comunis Palarie: Andrea Nerii et Nanne Baronis, ambobus de dicto comuni Alice, testibus ad hec vocatis, habitis et rogatis: Dominice Incarnationis anno millesimo quadringentesimo tertio, indictione quinta, more pisano, die quarto Maij. (Mod. 1404, 4 Maj)

Julianus mentus suprascriptus, sequens formam suprascripte commissionis supra notate, coram me Francisco notario et testibus infrascriptis, posuit et induxit suprascriptum Dompnum Bartholomeum, dicto nomine quo supra, in corporalem et actualem possessionem et tenutam omnium et singulorum petiorum terrarum, possessionum, domorum, prediorum, pasturarum, pratorum, nemorum, rerum et bonorum, que quondam fuerunt suprascripti dicti Locti Francisci Conscii Gambacurte, de quibus in suprascriptis contractibus et causis, et prout de predictis omnibus et singulis specialiter et particulariter in instrumento permutationis, supra in antedicta carta notato, fit mentio, positorum et existentium in confinibus et infra confinia comunium

Forculi

Forculi, Treggiarie et sancte Cervasii, dicti olim Pisani comitatus et nunc dicti communis Florentie et cujusque eorum; ubique earum et pertinentiarum eorum et cujusque eorum. Et taliter me Francis-cum, notarium infrascriptum, rogavit ut de predictis publicum con-ficerem instrumentum. Actum in dictis communibus et quolibet eorum et super dictis petiis terrarum et quolibet eorum, presentibus Justo Amerigi et Mariano Lippi, testibus supra notatis: Antonio olim Johannis et Nanna olim Ursi, ambobus de suprascripto communi Forculi, testibus ad hec vocatis et rogatis, suprascriptis anno et indictione, die quinto May. (st. ord. 1442, 5 Mai.)

Ego Petrus, filius Antonii olim qui dicti Boncionis, civis Pisani imperiali auctoritate notarius et judex ordinarius, predicta omnia et singula scripsi et rogatus per infrascriptum ser Franciscum, notarium, ut in ejus actis invenit, ita hic ejus parabola et mandato sumpsi, scripsi et publicavi.

Ego Franciscus olim ser Pieri ... de Ghissano ... notarius ... intersui scripsi, et alius occupatus suprascripto ser Petro notario de actis meis hec sumpsit ... parabolam et mandatum, vidi et concessi. Ideo-que propria manu me scripsi etc. ...

Sur le dos il y a l'annotation suivante: « Apprehensio possessio-nis Castri Alicis et terrarum et subjectarum ex causa judicati seu sententie late in favorem Cartusie de Galli, contra Dominum Lominum, uxorem Domini Gabrini de Fundulis, et Paganum eorum filium, et contra Laurentium de Amiano et ejus fratres pro bonis de Forculis. »

(Arch. cart. Pis. Original, parchemin. long. 0,475. larg. 0,372. Sur le dos le n° 125, celui de l'Inventaire. N° actuel des Armoires)

(1442. st. ord.) 1443, 20. oct. — Carthusie de Consorti investitio-nis in Angelo, olim Jacobi de Acciajolis, cive Florentino, castrum Alicis cum omnibus bonis ejus pertinentibus, pro se et suis heredibus

in perp.

in perpetuum, legitimè descendentibus per lineam masculinam pro annuo livello florenorum 150 auri, cum pacto biennii in p.a f.a. = Inventaire dit « Universale » n.o 2126. —

1443, après 15 sept. — Les trois consuls de mer, de Pise, adjugent à la chartreuse une maison inhabitée depuis 36 ans, située à Pise, in capella Ste Viviana. —

In Dei nomine, Amen. Nos Adonardus lo Danti de Norcia, Johannes Lapi de Vespuccis et Johannes de Gungnis civis Florentie hdn Consules pro magnifico populo et communi Florentie, maris et Gubernatores civitatis et comitatus Pisarum, visa quadam petitione et narratione coram nobis et nostra curia exhibita, de mense May proxime preteriti et die vigesimo sexto dicti mensis (1443, 26 Mai), per priorem et fratres monasterii Ste Marie et Ste Johannis de Calci, ordinis Cartusiensium: Inter quamque contentes, videlicet: « Dinanzi a voi, Signori Consoli del mare in Pisa per lo magnifico, excelso e potente popolo et comune di Firenze, li divoti oratori vostri, priori et frati di certosa da Calci, espongono et dicono che in la città di Pisa è posta una casa nella cappella di Ste Viviana, luogo detto al canto della Rosa, infra questi confini: dal primo e dal secondo lato è via publica, da terzo, chiasso vicinale e casalino di Ste Andrea fuori di porta, dall'altro e casolare di Giovanni Pelliciono; la qual casa non è stata habitata da trentasei anni in qua, ma fu anticamente di' Conti di Maremma e hora è de' detti frati, secondo come dicono e' vicini circunstanti; della qual casa e' detti frati non anno altra certezza perfino a questo dì, se non che li detti Conti cominciarono hedificare in detta certosa una casa coll'arme loro scolpita

sopra

sopra l'uscio, A compimento a detta casa essere de frati. Et sollicitano li frati che non lassino ruinare la detta casa; Et dicono che la detta fu venduta da detti frati ad livello a messer Nicolo Dorigliano canonico; e appresso questo fa molto che già trenta sei anni non appariva persona che pretenda avere ragione in quella etc. en conseguence les religieux demandent qu'on fasse afficher la chose aux endroits ordinaires afin que ceux qui auraient des droits plus sérieux sur ladite maison puissent les faire valoir, sinon qu'on l'adjuge aux demandeurs afin qu'on ne la laisse pas tomber en ruine ... quam predicta et alia in actis nostris et nostre curie plenius et latius continentur.

Et visis etc... qu'après la publication dus usage faite, personne ne s'est présenté pour reclamer la maison ... Christi nomine invocato, pro tribunali sedentes ad nostrum solitum, habehum juris imposito et confinatum, et maris est, pronuntiamus et sententiamus, et pronuntiando et sententiando declaramus et declaramus tenutam et corporalem possessionem dandam esse et dari debere, eamque pronuntiamus et damus dictis fratribus et capitulo et conventui dictorum fratrum, in bonis de bonis et super bonis in dicta petitione contentis et specificatis, tanquam bona et in bonis dicto monasterio obligatis et pertinentibus, rationibus et causis in dicta petitione contentis. Et omnia et singula dicat, faciat et observet numptius predictus actorum que dicere, facere et observare tenetur et debet de jure et secundum formam statutorum communis Florentie et nostri officii. Quam numptium nostrum et nostre curie in predictis et ad predicta executorem facimus et esse volumus omni modo, via et jure quo et quibus magis et melius possumus et debemus. La commission est donnée un peu avant de cette manière: "Committimus imponimus et mandamus Jacobo Stefani alias Rosano, numptio publico nostri officii et curie, qualemus vadat... et ponat

mittat

et nictat et inducatis dictos fratres, capitulum et conventum, et quemlibet eorum, habentem, mandatum, pro eis, in tenutam, et corporalem, possessionem, bonorum, et de bonis in dicta petitione superius notatis et in actis nostris et nostre curie contentis...»

Lata, data et lecta fuit dicta pronumptiatio tenute, numptiata, data commissio et omnia et singula supra scripta fuerunt per dictos Dominos Consules, pro tribunali sedentes ad nostrum solitum jus banchum, situm, in prima sala palatii nostre residentie in civitate Pisarum, in capella Ste Sebastiani de Pisis; cui palatio adiacet una via publica et res et bona de Gambacurtis, presentibus Bartolomeo Lemmahi alias Farsi ... et Dominico Simonis numptio dicti officii et aliis: Et presentibus et absentibus dictis fratribus et dicti supra citatis absque et contumacibus per dictos Dominos Consules reputatis in discretis dictorum, Dominorum Consulum, a banco. Sub anno Domini millesimo quadringentesimo quadragesimo tertio, indictione septima, secundum cursum et morem Florentie data est (sic. dicta die! mais ni le jour ni le mois n'ont été marqués - L'indiction 7e de la Pse, pour Florence l'indiction 7e commençait le 15 sept. 1443. - Il faut donc que cette sentence soit d'après le 15 sept. 1443.) —

Jacobus Stefani vocatus Rosso, numptius supra scriptus, executor supra scripte sententie, pronumptiationis et commissionis tenute, ejusque et redacte, retulit de dictis Dominis Consulibus se fecisse dictam commissionem sibi a dictis Dominis Consulibus factam, et pro executione dicte commissionis sibi ut supra facte seu imposite, promissa et immississe in tenutam et corporalem possessionem bonorum et juribus quorumque de quibus in dicta pronumptiatione tenute expressis et specificatis dictos fratres et nominatim fratrem Nicolaum priorem dicti Conventus, et Alexium supra scriptum, pro curatorem et sindicum, pro dictis fratribus

fratribus, capitulo et conventu. Que quidem bona continuantes et confinantes in hunc modum et notatellate videlicet: Una domus sita in cappella Sancte Viviane, loco dicta al canto dalla Rosa, che da primo et secundo via publica, da tertio chasus vicinalis et casalinum Ste Andree foris porte, a quarto casolare supra-scripti pellesparii, in predictis confinibus vel aliis. Et predictam tulit dictus numptius se facisse hodie post dictam commissionem, et omnia et singula retulit dictus numptius se facisse, obser-vasse que facere et observare tenebatur et debebat de jure secundum formam dicte sue commissionis. —

Ego Johannes olim ser Bindocardi, civis Florentie, imperiali auctoritate judex ordinarius et notarius publicus, pro tunc nota-rius substitutus prefatorum Dominorum consulum, predicta omnia et singula supra scripta ex actis et libris actorum dic-torum Dominorum Consulum, de eorum mandato, sumpsi et hic inde exemplando publicavi; idcoque me subscripsi et signum meum apposui consuetum. —

(Document mal écrit, difficile à lire, effacé à certains endroits, mais les noms des juges et procureurs ne sont jamais douteux) —

(Arch. cart. P.d. — Original, parchemin. long. 0,398. larg. 0,387. Sur le dos le n° 2130, celui de l'Inventaire. N° actuel des Armoires)

1444, 14 janvier. — Testament de Antoine Sutor de Majorque, demeurant à Pise. Il institue sa femme son heritière universelle, et lui substitue la chartreuse de Calci, en cas qu'elle ne puisse heriter.

In eterni Dei nomine, Amen. Cunctis patet evidenter, Quod, quoniam testamentum et testationum. etc. Ideo ego Antonius Sutor, olim Martini de Majorica, commorans Pisis in cappella Ste Egidii, infirmus corpore, mente vero et intellectu

intellectu Dei gratia sanus existens, timens periculo mortis etc. cassa tous les testaments antécédents qu'il a jusqu'ores .. et presens meum ultimum testamentum in omnibus et per omnia confirmando, ras meas et bona mea et de rebus et bonis meis sic tettor et ordino et meam condo ultimam voluntatem.

1° In primis quidem, recommendo animam meam Altissimo Deo creatori meo; corpus vero meum jubeo sepelliendum apud monasterium Cartusie de Calci, Pisane diocesis, et ibi meam dico sepulturam.

2° Item jubeo et expendi volo debas mei obitus, septime et trigesimi tantum quantum videbitur infrascripta hereditas mea.

3° Item jubeo celebrari debere missas beati Gregorii pro anima mea.

4° Item jubeo opere ecclesie sancte Marie del Fiore et sacristie nove suprascripte curie et opere muraum civitatis Florentie solidos quadraginta fp in ter annis.

5° Item jubeo opere pisane majoris ecclesie solidos XX. fp.

6° Item jubeo cuique petenti hereditatem meam vel pretendenti habere aliquod jus in dicta hereditate solidos quinque fp pro anima et toto eo quod petere potest et potuit in hereditate mea.

7° In omnibus autem aliis meis bonis mobilibus et immobilibus juribus, actionibus et nominibus michi competentibus et competituris, omni jure, via, modo et forma, quibus magis ac melius possum et valeo, michi heredem instituo Dominam Lenam uxorem meam et filiam olim magistri Johannis de Filacteria (lactaria) de Lunigiana. Et si aliqua lex vel statutum esset sive statuetur, que sive quod disponeret sive contineret quod predictam Dominam Lenam, uxorem meam, michi heredem meam instituere non posset, sive quod dicta domina Lena heres mea esse non posset: quod tunc et in dicto casu, ac tunc prout et tunc directe, valariter et pupillariter per fideicommissum et omni

et omni jure, via, modo et forma, quibus melius ac magis possum et valeo, michi heredem instituo monasterium cartusie de Calci suprascriptum, pro anima mea et remissione peccatorum meorum cum hac tamen conditione et honere quod suprascripta Domina Lena, uxor mea, sit et esse debeat Domna et Domina usufructuaria omnium bonorum, morum, et totius mee hereditatis, toto tempore sue vite naturalis. Et dico et volo quod hoc meum presens testamentum, de jure valeat testamenti et si de jure testamenti non valeat, vel si aliter valeat codicillorum, et constituti pisani et omni jure, via, modo et forma, quibus magis ac melius valere potest, quia sic volo et michi placet et talis est mea ultima voluntas.

Actum Pisis, in camera domus habitationis supradicti testatoris, posita Pisis in suprascripta ejus cappella Ste Egidii presentibus Domno Laurentio Johannis Francisci de Foltro; Domno Alexio Nigrelli alli de Ste Antonio insule Corsice, monacis: et fratre Dominico Antonii de Janua, fratre converso supradicti monasterii cartusie de Calci; magistro Antonio Sartore olim Paris de castro Pelfi de suprascripta cappella Ste Egidii, Bernardo Buchore de Perpigna comorante in civitate Pisana; Bar. olim Jacobi spagnuolo commorante Pisis in cappella Ste Egidii: et Guglielmo Muragas olim Bernardi Muragas de Majoricha commorante Pisis in cappella Ste Kassiani Pisis testibus ad hoc vocatis, habitis et rogatis, Dominice Incarnationis Anno millesimo quadringentesimo quadragesimo quarto, indictione septima more pisano, die quartodecimo Januarii (14 Januarii 1444, 14 Janvier)

Ego Petrus olim Antonii quondam Grosse de Roncioribus civis pisanus publicus imperiali auctoritate notarius et judex ordinarius ac commissarius actorum, providi vire ser Francisci olim ser Piere notarii de Ghassano, defuncti, predicta omnia et singula ut in dictis actis inveni, ita hic fideliter sumpsi, scripsi et publi-

– cavi rigore

- cui rigore commissionis predicte michi legitime facte, deo me subscripsi et signum et nomen meum apposui consueta. —

(Arch. cast. Pis. Original, parchemin. long. 0,390. larg. 0,244. — Sur le dos de la n° 2133, celui de l'Inventaire. N° actuel des Armoires)

1445, 3 Janvier. — André Malistarcho vend à Antoine, pour 8 livres, une pièce de terre située à Cisanello lieu dit «Piaggia».

In nomine Domini, Amen. Ex hoc publico instrumento sit omnibus manifestum, Quod Andreas item Andrea Malistarcho de capella Ste Andree for[is]?, vendidit et tradidit Antonio, filio Ghiscii de capella Ste Michaelis de Scalcatis, Patium unum terre cum-pice positum in capella Ste Tutti de Cisanellum, in loco dicto Piagge: et tenet unum caput in Arno, aliud caput de ver[so] Arno? partim et partim in terra Ste Tutti de Cisanello cum una latere, aliud latus in terra societatis et de privatorum Spiritus Ste.. et est per mensuram staiora duo aut plus aut minus sit per mensuram cum omni jure proprietate etc... pro pretio.. libranim octo monete currentis...

Actum in apoteca domus Abatie Ste Andree de Clarasalle, presentibus... Unice huc. A° 1445° hud° 8a die tertio januarii more pisano. (1445, 3 Januar)

Ego Antonius olim Gardi de Faveria hujus autoe notarius... interfui, scripsi et sig. et nomen cum. apposui.

(Arch. cast. Pis. Original, parchemin. long. 0,588. largeur 0,268. Sur le dos de la n° 2136, celui de l'Inventaire. N° actuel des Armoires)

1446, 19 Mai. — Le chapitre général accepte l'Ile de Gorgone, en confie l'administration au Prieur de Pise et le charge d'y mettre des personnes de l'ordre.

In nomine Domini, Amen. Tenore hujus veri et publici instrumenti

instrumenti cunctis tam presentibus quam futuris sit notum atque manifestum: Quod cum monasterium insulle Gorgonee, sub titulo beate Marie Virginis et Ste Gorgonii martiris, alias datum, ordini Cartusie per beate memorie Dominum Gregorium papam undecimum, fuerit redactum inhabitabile per Barbaros, qui pluribus vicibus ceperunt reparationis dicti ordinis Cartusie: Et ob hoc per beate memorie Dominum Martinum papam quintum, unitum fuerit domui beate Marie Virginis et beati Johannis evangeliste, dicti ordinis Cartusie, Vallis gratiose de Lodi prope Pisas; Nunc vero translatum fuerit a dicto ordine Cartusiensi per sanctissimum Dominum nostrum Eugenium papam quartum, qui dictum monasterium seu insulam contulit in titulum fratri Nicolao de Florentia, quem constituit Abbatem dicti loci: Et tandem supplicatus a personis dicti ordinis Cartusie, dicto ordini Cartusie rederit facultatem acceptandi in hoc presenti capitulo generali Cartusie dictam Domum seu abbatiam et beneficium Insulle Gorgone in suam: Cum hoc quod idem capitulum seu ordo Cartusie predictus teneatur mictere de personis ydoneis ad habitandum dictum locum, prout predicta narrantes fore vera; Hinc ordinatio fuit et est verum, Quod Anno Domini millesimo quatercentesimo quadragesimo sexto, Indictione nona cum eodem anno sumpta, et die decima nona mensis maii (1446 19 Maii), in presentia mei notarii publici, testiumque inscriptorum, Constitutis personaliter Reverendus in Xto Pater Dominus Franciscus, prior domus majoris Cartusie Gratianopolitane dyocesis, ceteris quoque diffinitoribus capituli generalis ejusdem ordinis, anno et die predictis, in dicta majori domo Cartusie celebrati, et hic nominati, videlicet: Venerabilis in Xto

-bilos in Xto Patres Domni: Johannes Siligniaci, Johannes Vallis Ste Spiritus prope Gesnayum, Nycolaus Ste Jeronimi prope Bononiam, Guillelmus Vallis benedictionis prope Avinionem, Petrus Ste Trinitatis prope Divionem, Marcellius Beate Marie in Mumicuso, Johannes Calle beate Marie in Nuremberga, et Petrus Lalier, domorum cartusiensis ordinis priores; Ipsi, ingnam, Rev^dus Pater et Diffinitores supranominati, nominibus suis et dictarum domorum et totius ordinis predicti, habitis diligenti tractatu et deliberatione in dicto capitulo, de communi omnium ac ipsius capituli consensu et voluntate, nolentes per negligentiam perdere dictum monasterium Insulle Gorgone sepramentionatum: Ipsam Abbatiam, domum et monasterium et Insullam Gorgone ex potestate apostolica data et indulta dicto ordini cartusie, per presentes acceptant in suam et dicti ordinis cartusie. Et, volentes execucioni mandare voluntatem sanctissimi domini nostri pape Eugenii quarti: administracionem et gubernacionem dicti loci Insulle, tenore presentium publici instrumenti, committunt venerabili viro Domno Laurentio, priori dicte domus Beate Marie et beati Johannis evangelistle Vallis gratiose de Calci prope Pisas: Mandantes eidem dictam domum et locum Gorgone faciat habitari per personas dicti ordinis cartusie, prout ei convenire videbitur fuerit et facultates dicti loci poterunt sustinere. Et ut predicta possit execucioni mandare, eidem priori de Calci conferunt, ipsi Rev^dus Pater domus cartusie ceteriique Diffinitores superius nominati, auctoritatem dicti eorum capituli generalis super dicta domo et Insulla Gorgone, nunc et in futurum, et ut eadem auctoritate possit vocare monachos et alias personas de quibuscunque domibus dicti ordinis cartusie pro causa predicta, de quibus omnibus et singulis dictus Rev^dus Pater prior cartusie et prefati Diffinitores voluerunt per me, notarium, publicum infrascriptum, fieri

fieri publicum instrumentum unum vel plura et tot quot erunt necessaria, sub tenore et substantia predictis. Acta fuerunt hec in dicta majori domo Cartusie, videlicet in camera diffinitorum presentibus ibidem venerabilibus et religiosis viris Dominis Bernardo Noguesi dyocesis Diensis, Villelmo Barsoni dyocesis Ste Andree in Scotia, Johanne Lureni dyocesis Rutenensis, et Arnaldo Calania dyocesis Barcinolensis, testibus ad premissa vocatis et rogatis.

Et me Bartholomeo Costagini clerico, auctoritatibus Imperiali et Dalphinali notario publico, qui in premissis omnibus unacum testibus supranominatis, presens personaliter interfui rogatus, eaque in notam recepi, ea hoc presens publicum instrumentum manu mea propria scriptum extraxi, signoque meo, quo in talibus fungor signavi in robur et testimonium omnium et singulorum premissorum.

(Arch. Cart. Pisa. Original, parchemin. Long. 0,290. Larg. 0,390. Sur le dos le n° 2138, celui de l'inventaire. N° actuel des Armoires)

1446, 7 oct. — Bulle d'Eugène IV. Il révoque une bulle du 7 mai 1445, par laquelle il avait restitué l'Ile de Gorgone à l'ordre de St Benoît et institué Abbé Nicolas Leonardi, bénédictin de Florence. —

Eugenius episcopus servus servorum Dei, Ad futuram rei memoriam. Ad providam Christi Vicarii, presidentis in speculo (ine) apostolice dignitatis, circumspectionem pertinet sic temporum vicibus prebere excubias diligentes et emergentium negotiorum causas ad discutere, ne eccles-iarum, monasteriorum et ecclesiasticarum personarum qualitates attendere eorumque profectibus insistere, et omnis turbationis materia, presertim ex nostris subborta conces-sionibus,

-sionibus, ab eisdem penitus auferatur, ut per nos et minus vere-
-dica suggestione concessa, veritate perceptâ, revocentur penitus
et irritentur. Sane nuper de veritate negotii non plene infor-
-mati, motu proprio, litteras nostras concessimus in hec verba:
Eugenius episcopus servus servorum Dei. Ad perpetuam
rei memoriam. Romanus Pontifex ex providentia divine ma-
-jestatis in apostolice dignitatis specula constitutus circa sta-
-tum monasteriorum omnium sue cure commissorum pros-
-pere dirigendum, sedule intentus, ad nonnulla concedenda
quandoque deflectitur, que postmodum, rerum et temporum
qualitate pensata, revocat et annulat, in melius que com-
-mutat, prout rationabiles cause persuadent ac in Domino
conspicit salubriter expedire. Hinc est quod nos plenarie
informati quod licet dudum monasterium de Gorgona ita, ordinis
Ste Benedicti, in Insula Gorgonee, Pisane diocesis, ex certis tunc
subsistentibus causis Domini loci de Calci ita, alias Vallis gratiose,
Cartusiensis ordinis, predicte diocesis, abbatiali dignitate ac
ordine episdem sancti in eo suppressis penitus et extinctis
cum omnibus juribus et pertinentiis suis auctoritate apostolica
unitum, annexum et incorporatum fuerit, hujusmodi unio
suum debitum sortita sit effectum; Prior vero et fratres ejusdem
monasterium ipsum per longa tempora tenuerunt et posside-
-runt ac tenent et possident pacifice de presenti: tamen a
decennovem annis citra monasterium ipsum ab eisdem priore
et fratribus est penitus derelictum in eoque nullus commo-
-ratur in religionis opprobrium, divini cultus diminutionem
ac pernitiosum exemplum plurimorum. Volentes itaque, prout
ex pastorali tenemur officio, de super salubre remedium adhi-
-bere, motu proprio, non ad alicujus vis nobis super hoc oblate
petitionis instantiam, sed de nostra mera liberalitate, unionem
annexionem,

annexionem (il y a annexitionem) et incorporationem hujusmodi, ac
tam super illis confectas quam quasdam alias nostras litteras,
per quas priori et fratribus predictis convertendi certos fructus, reditus
et proventus dicti monasterii in constructionem, reparationem et
fabricam hujusdam capelle per eos, prope ecclesiam dicte domus, con-
struende et edificande licentiam concessimus, necnon processus
habitos per eosdem et quecumque inde secuta, etiamsi ad plena-
rium eorum effectum provectum sit: quarum quidem litterarum
contenticam atque formam, ac si eorum tenores presentibus de verbo
ad verbum forent inserti, haberi volumus pro expressis, auctoritate
apostolica, tenore presentium, ex certa nostra scientia revoca-
mus, irritamus, cassamus et annullamus ac nullius roboris vel
firmitatis esse decernimus; Necnon monasterium ipsum ad ordi-
nem Ste Benedicti et Abbatialem dignitatem hujusmodi cum
suis annexis ac omnibus fructibus, redditibus, proventibus, proprie-
tatibus, bonis mobilibus et immobilibus, tam in predicta Insula
quam alibi ibicumque consistentibus, necnon eisdem juribus,
jurisdictionibus, gratiis, privilegiis, cum quibus ante unionem
et litteras nostras hujusmodi erat, plenarie et integre restituimus
ac in eundem statum reponimus; et nichilominus dilecto per-
sone dilecti filii Nicolai Leonardi monachi monasterii beate
Marie Florentine, dicti ordinis Sancti Benedicti, ordinem ipsum ex-
presse professi ac in sacerdotio constituti, quem nos de religionis
zelo conspicuum, litterarum scientia preditum, vite ac morum
honestate decorum, in spiritualibus providum et temporalibus cir-
cumspectum, a cuius pace et virtute, donis multiplicibus novimus insi-
gnitum, quique, ut asserit, una cum nonnullis aliis sub regulari
observantia dicti ordinis Sancti Benedicti Deo servire volentibus
personis ad dictum monasterium se transferre et regularem ob-
servantiam hujusmodi ibidem reducere, necnon ibidem Altissimo

perpetuo

perpetuo deservire, divinum cultum, tot lustris proh dolor extinctum, restaurare, ac reductioni bonorum Insule hujusmodi ad fertilitatem et cultum, celebratione divinorum non obmissa, etiam propriis manibus laborando intendere, Domino concedente, proponit. Monasterio predicto quod ex modo vacet et ex quavis causa cujus provisio ad sedem apostolicam specialiter vel generaliter pertinet et cum annexis ac fructibus, redditibus, proventibus, bonis, proprietatibus, juribus et pertinentiis supradictis, auctoritate prefata, providemus, ipsumque illi preficimus in Abbatem; curam, regimen et administrationem dicti monasterii sibi in spiritualibus et temporalibus plenarie committendo. Mandantes dilectis filiis conventui quatenus dictum Nicolaum obedientiam et reverentiam debitas et devotas ac consueta servitia et jura sibi debita integre exhibere debeant et teneantur; aliquam sententiam sive penam, quam ipse Nicolaus Abbas rite tulerit in rebelles, ratam habebimus et faciemus, auctore Domino, usque ad satisfactionem condignam inviolabiter observari. Preterea decernimus totam Insulam predictam, prout antiquis temporibus fuit sub jurisdictione Nicolai predicti et pro tempore existentis Abbatis dicti monasterii esse et ad eum tanquam membrum dicti monasterii perpetuo pertinere: necnon irritum et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attemptari. Non obstantibus premissis constitutionibus et ordinationibus apostolicis necnon monasterii domus et ordinum predictorum juramento, confirmatione apostolica vel quavis alia firmitate roboratis, statutis et consuetudinibus cateris que contrariis quibuscunque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre revocationis, irritationis, cassationis, annullationis, constitutionis, restitutionis, repositionis, prolationis provisionis, commissionis, mandati et voluntatis infringere, vel ei

ausu

ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli, Apostolorum ejus, se noverit incursurum. Datum Rome apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominice millesimo quadringentesimo quadragesimo quinto, nonis Maii, pontificatus nostri anno quinto decimo. (1445, 7 Maii).—

Cum itaque sicut nonnullorum fide digna relatione percepimus et etiam ex litteris felicis recordationis Gregorii pape XI, predecessoris nostri, quas inspici et examinari fecimus diligenter, nobis clarissime constitit dictum idem Gregorium predecessorem monasterium Sancti Gorgonii de Insula Gorgonie, ordinis Ste Benedicti, Pisane diocesis, cum omnibus juribus et pertinentiis suis dilectis filiis Priori generali et fratribus ordinis Cartusiensis eorumque ordini generaliter per dictas suas litteras concesserit et donaverit: ac dicti prior et fratres, vigore concessionis et donationis hujusmodi vigore, prefatum monasterium assecuti, illud per nonnullos ex eis pertplures annos successive inhabitaverint, ac alias quondam Guilleramus majoris Cartusie et quidam alii priores domorum ejusdem ordinis Cartusiensis, tunc superiores generales Capituli juxta morem dicti ordinis Cartusiensis celebrati, provide considerantes quod domus Sancti Gorgonii alias monasterium hujusmodi, quam infideles bonis ac rebus, que obtinere poterant, et quibusdam personis lamentabiliter spoliaverant et desolaverant, pro habitatione et secura habitatione fratrum amodo commoda non esset, illam cum omnibus juribus et pertinentiis suis domui Vallis gratiose prope Pisas, predicti ordinis Cartusiensis, univerint, et deinde eorum hujusmodi auctoritate quarundam litterarum fel. memorie Martini pape V. etiam predecessoris nostri, confirmata et approbata fuerit: dilecti quoque filii prior et fratres predicte domus Vallis gratiose prefatam domum Sancti Gorgonii per nonnullos ex fratribus ejusdem ordinis Cartusiensis inhabitari illicque in divinis deservire facere se offerant, quamodo

ad

ad id majoris et aliorum priorum domorum dicti ordinis Cartusiensis superiorum generalis, Capituli ejusdem ordinis Cartusiensis juxta illius morem de proximo celebraturi, accedat assensus; Nos attendentes quod si tempore dat. dictarum nostrarum concessarum litterarum de premissis concessione, donatione, spolio, incommenda et assignatione predictis fuissemus informati, prefatas litteras nullatenus concessissemus: ac volentes super his prefata domus alias monasterii Sancte Gorgonii utilitati et indemnitati salubriter providere, motu simili, non ad ipsorum priorum et fratrum vel alterius pro eis nobis super hoc oblate petitionis instantiam, sed de nostra mera liberalitate, predictas insertas et quasdam desuper executoriales a nobis emanatas litteras, quarum tenores de verbo ad verbum presentibus haberi volumus pro insertis, necnon processus desuper habitos et quecunque inde secuta ex nunc in eventum quo majores et alii priores superiores Capituli de proximo celebraturi hujusmodi predictam domum Sancti Gorgonii per aliquos ex fratribus ipsius ordinis Cartusiensis inhabitari facere voluerint, et quamprimum commode poterunt, facerint, auctoritate apostolica tenore presentium, revocamus, cassamus et annullamus nullius que roboris vel momenti esse, ac illis tam in judicio quam extra, ubicunque exhibita fuerint vel ostensa, fidem aliquam adhibendam non fore nec adhiberi debere decernimus. Non obstantibus constitutionibus et ordinationibus apostolicis necnon domorum et ordinum predictorum juramento, confirmatione apostolica vel quavis firmitate alia roboratis, statutis et consuetudinibus ceterisque contrariis quibuscunque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre revocationis, cassationis, annullationis et constitutionis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli, Apostolorum ejus, se noverit incursurum. Datum Rome

apud

apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominice Millesimo quadringentesimo quadragesimo sexto, Nonis octobris, Pontificatus nostri anno decimo. (1446, 7 oct.)

sur le repli : R^ta gratis pro V. Gregorii de man^ta a. n. PP.
P. de Spinosis.

En février 1380 Johannes Jory Despinis populi Ste Trinitatis Florentie avait vendu pour 200 florins à deux dames, à chacune pro medietate mais par indivis « I expeticia terrarum laboratarum positas in populo Ste Petri a Pontorno plebatus Campi, lo codetto Ghicha cum forcis in medio, excepto quodam petio terre laborate, quod esse dicitur ecclesie Ste Petri, quas petias terrarum dicunt starior. trig- inta trium ad cordam ad mensuram florentinam, quibus omnibus a Ie et IIe via, a IIIe Nicholai Bartoli Dini, a IIIIe Tomasii Bartoli et dicte ecclesie Ste Bartoli ad pontum in predictis confinibus. »

On donne enfin les noms des différents possesseurs depuis 1380. En 1450 Les possesseurs sont Christophorus Mattei del Leghia et Bartholomeus Ghecasparis Johannis dal fer, qui ne parvenant pas à sentence s'en remettent aux juges de Florence. Alors « spectabiles viri, Johannes Stagii Baroncii de Altavantibus et Antonius Nicholai Ughelini de Martellis, cives florentini, provisores... rerum communis florentie et officialos bonorum rebellium dicti communis, et in hac parte judices competentes... » nomment deux experts, maîtres Silvestre Andree Angeli et Antonius Dominici, qui devront se rendre sur les lieux, mettre des bornes et terminer la différend.

Cette nomination faite à Florence est de 1450, mercredi 14 nov.

Le 14 nov. 1450, les deux arbitres font leur rapport et disent qu'ils ont rempli leur mission. —

Le 16 nov. 1450, Les Provisseurs confirment et ratifient ce qu'ont fait les arbres. —

Ego Bindus olim Silvestri quondam Dominici de Certaldo Vallis Elsa comitatus Florentie... notarius interfui... scripsi... et publicavi. —

(Arch. cart. Pis. original parchemin. long. 0,900. larg. 0,236. – sur le dos le n° 2152, celui de l'Inventaire, n° actuel des Armoires.)

(1450, st. ord.) 1451, 13 Nov. – Johannes alias Nannes olim Cholini de Vico, alias del Bilancia, donne à la chartreuse de Calci un morceau de terre de 5 staiora, situé à Vico, lieu dit Monticello, mais s'en réserve la jouissance pendant sa vie.

In Dei nomine, Amen. Ex hoc publico instrumento sit omnibus manifestum, Quod Johannes alias Nannes olim Cholini de Vico, alias del Bilancia, infrascripto modo, forma et tenore et condictione apposita in principio, medio et fine hujus presentis contractus et per totum ipsum contractum, videlicet quod infrascriptum monasterium et fratres ejusdem monasterii teneantur et debeant infrascriptum Johannem vivere et permittere infrascriptam ejus donatam et quemlibet ejus partem toto tempore ejus vite gaudere, usufructare, locare et dislocare, et fructus ejusdem inde percipere: Et si hec omnia et singula dictum monasterium et fratres ejusdem non fecerint et non adimplaverint, hanc presentem donationem et omnia et singula in hoc presenti contractu contenta et comprehensa, et ad dictam donationem spectantia et continentia, dictus Johannes donator coram me Nicolao, notario infrascripto, et testibus infrascriptis, dixit, asseruit non aliquo modo vel jure valere nec vires habere nec ei posse nec habere, tenere, gaudere vel possidere: sibi licet de dicta re donata et quelibet ejus parte ipsum posse facere et totum et quicquid aliud sibi Johanni placuerit, proout ante hunc presentem contractum facere poterat et hec donatio pro non facta habeatur: pro remedio et salute anime sue et remissione omnium peccatorum suorum et suorum defunctorum, pura, simpliciter et irrevocabiliter inter vivos, ita quod nulla causa ingratitudinis vel aliqua alia revocari possit, condictionibus, modis et tenoribus infrascriptis, donavit et quasi tradidit, dedit, cessit, concessit, transtulit

atque

atque mandavit michi Nicolao, notario infrascripto, tanquam persone publice, agenti, stipulanti et recipienti pro monasterio et conventu Cartusie de Calci et ejus vice et nomine, modis, tenoribus et conditionibus infrascriptis: Petium unum, terre vinc-ata cum aliquibus fructibus de olivarum, superstes, positum in confinibus Vici, in loco dicto Monticello, et tenet unum caput in strata Pedemontis, aliud caput in via superiori, latus unum in terra vincata ser Martini notarii de Cezano, aliud latus in terra vincata Pieri Casti de Florentia, coriarii commorantis Pisis, quod est per mensuram staiora quinque, vel si qui alii sive aliter sunt ejus confines, aut plus vel minus est per mensuram: cum omni jure, actione, ratione, proprietate, pertinentiis et adjacentiis suis ... etc ... formulis debitis aut donationis .... Actum in castro Vici in domo mee habitationis, presentibus Marcho olim Sarini de communi Vici, Bartholomeo alias Bosso olim Jacobi de Vico, et Piero filio Marci de Vico testibus ad hec rogatis et vocatis Dominice Incarnationis Anno millesimo quadringentesimo quinquagesimo primo, indictione quartadecima, die tertio decimo Novembris, more pisano.

(st. com. 1450, 13 Novembre)

Ego Nicholaus olim ser Jacobi notarii del Passera de Vico, pis. civis ... notarius ... interfui ... scripsi et publicavi ....

(Arch. cart. Pis. Original, parchemin. long. 0,278. larg. 0,360. — Sur le dos le n° 2153, celui de l'Inventaire. — N° actuel des Arm.

---

circa 1450. — Consilium contra communem Calcinarie pro pasturis Montecchii factum circa annum 1450. —

Casus talis est. In vicariatu comitatu Pisarum sunt duo castra propinqua, quorum unum vocatur castrum Calcinarie et aliud castrum Montecchii, et confines illorum castrorum dividit Arnus medius inter illa;

inter illa. Et jam sunt centum viginti anni et ultra, quibus homines Montecchii descenderunt fere dictum castrum et ivernt ad habitandum in castro Calcinarie, et vendiderunt cuidam Choscio Ghambacorte, civi Pisano, omnes possessiones Montecchii et pasturas et transitum Arni, sive passagium; Et reperitur quod dictus Choscius postea per multos annos locavit dictam pasturam et bona et transitum Arni, ut de hoc apparent instrumenta publica; et de dictis bonis et juribus nunquam fuit facta controversia alicui dicto Choscio, dum vixit; Quo postea defuncto, remansit Lottus, ejus nepos, suus heres universalis: qui etiam per plures annos locavit dicta bona tanquam sua sine aliqua controversia et veniens ad mortem, reliquit suum heredem universalem Monasterium et conventum Cartusie Pisane, quod monasterium per septuaginta annos (la chartreuse prit possession de Montecchio en 1398, ce qui mettrait ce document plus près de 1460 que de 1450) continuas habuit, tenuit et possedit dicta bona et locavit ea tanquam sua: et recepit pensionem de dictis bonis, sicut constat per libros antiquos dicte Ecclesie. Et dum dicti Fratres tenebant dicta bona, accidit quod magnifica Comunitas Florentie rebellavit potestati sue et dominio civitatem Pisarum cum toto ejus comitatu; Et quia propter guerram, que vigebat per plures annos, multa erant castra et loca inhabitata et deralicta, Comune Florentie conjunxerunt simul hec tria castra, videlicet: castrum Calcinarie, Sextitocollini et Montecchii, et statuit quod illi de Calcinaria possent ire et ire cum bestiis jugalibus in locis agrestibus, non faciendo dampnum; et nonobstante hac lege, semper dicti Fratres locaverunt et pasturam et terras suprascriptas; Et licet Homines Calcinarie aliquando venirent cum bestiis in dictis locis, supportabantur a dictis Fratribus ratione convicinie. Novissime autem dicti homines intraverunt cum octingentis bestiis jugalibus et manen-

et mandrialibus vel circa in dictis pasturis dictorum Fratrum;
Et cum Fratres predicti resistorent et prohiberent eos: ipsi asse-
-reserunt? runt se hoc posse facere virtute supradictae legis, editae per Com-
-munem Florentiae. Modo, attentis predictis, quaeritur quid juris,
praesupposito quod ante submissionem civitatis Pisarum factam
communi Florentiae, dicta bona et pascua pertinebant ad dictum
monasterium Cartusiae: an videlicet homines Calcinariae vel
alii vicini possint intrare cum talibus bestiis in illis pascuis,
vigore supradictae legis editae per Commune Florentiae? —
(Responsum). — In christi nomine et ejus Matris gloriosis-
-simae Virginis Mariae et beati Benedicti, in casu supranarrato
procedendo breviter et concisive, dico quod homines Calcinariae
et aliorum locorum nullo modo possunt, virtute dictae legis Com-
-munis Florentiae, intrare in dictis pascuis cum suis bestiis; non
licet Commune Florentiae fuerit effectus Dominus civitatis Pis-
-arum et comitatus, nihilominus dominium particularium rerum
remansit penes illos, qui ante erant Domini, ut patet ex notatis
per Glos. et Doctores in p.a constitut. Digestorum, ubi concludunt quod
licet princeps sit Dominus totius mundi respectu jurisdictionis
universalis, non tamen est Dominus rerum particularium; Unde
licet Commune Florentiae in territorio suo teneat locum principis,
tamen non habet dominium rerum particularium; quin imo
etiam dicimus quod Princeps vel superior non potest dominium
rei alicujus auferre domino et transferre in alterum, sine
justa causa, ut l. totiens §. ult.o ff. de pollicitationibus in nota textus
in l. venditor §. si constat ff. communia praediorum, et ponit Imol. in cap.
quia in Ecclesiarum de constitutionibus, et ponit Bar. in dicta p. const-
-titut. ff. et Bal. in l. nisi dominus a C. de precibus imperatori offe.
et Dominicus in cap. p.o de constitutionibus n. 6. — Unde cum
ita sit, certum est quod per talem legem non fuit sublatum, in
dictis bonis

dictis bonis res pertinentes ad dictum monasterium, quod ma-
xime verum est, quia seculares potestates sive Domini nul-
lam habent jurisdictionem statuendi vel disponendi aliquid in
prejudicium clericorum, et in cap. cum adjuvari, 96.a distinctione,
et in cap. Ecclesia de constitutionibus, et ibi plenissime per Doctores
et precipue per Jo. Andream in cap. fi. de immunitate ecclesiastica
lib. 6.o; — Et ideo etiam si Commune Florentie voluisset au-
ferre dicto monasterio aliquod jus in dictis bonis, nullo modo
potuisset, et hinc est quod dicit Butrius, et recte, in dicto cap. Ecclesia
de constitutionibus, quod statutum laicorum nunquam includit
clericos vel religiosos, quia non est verisimile quod statuentes
voluerint disponere contra illos, in quos non habent potestatem
aliquam, et in cap. quibus de sententia excom., et in l.a Legatorum
§. p.o ff. de interdictis et relegatis cum similibus. Unde etiam dicit
Jo. Andreas in d.o cap.o ultimo de immunitate ecclesiastica, lib.
6.o in glossa: « Quod quando statutum secularium est generale,
possunt potere clerici et declarantur. » Illud statutum eos non
comprehendere facit etiam quod habetur circa hoc, in cap.
quod clericis de foro competenti, et in r.a sine culpa de regu. in immo.
curialibus, — Et sic dicta lex nec comprehendit, nec comprehen-
dere potuit jura monasterii in dictis bonis; et ideo seguitur ex
hoc quod vigore dicte legis non possunt dicti homines cum
dictis pascuis vel bonis, invitis fratribus dicti monasterii.
Quis enim dubitat quod per dictam legem prejudicaretur juri
monasterii, si homines possint stare cum bestiis in bonis eor-
um sine ipsorum voluntate; turbatur enim ipsorum domini-
um et possessio per ingressum aliorum, et ideo dicimus quod
intrando rem alterius est vitiosus possessor et claudestinus,
et in cap. hanc causam de probationibus, et in l. fi. C. unde 6.o « et
si ingreditur prohibente domino, est etiam violentus » et in l.
1. §. hoc inter.

1. §. hoc interdictum et l. in facit in pn.ᵒ ff. quod vi aut clam.
Et quia hoc est indubitatum, non ultra prosequor; et unum ridiculum dicere quod ad monasterium pertineat locatio pasturae, et tamen homines possint uti talibus pascuis. Quis et enim fructus pasturae, nisi ipse usus pascendi? Et, ut dictum est, invito domino, non potest quis uti aliquo modo re aliena quin delinquat.
Insuper confirmatur haec conclusio etiam alio respectu, quia posito, sine praejudicio veritatis, quod Commune Florentiae potuisset auferre dicto monasterio jus hujus, et concedere istis hominibus quod possint uti dictis pascuis in praejudicium dicti monasterii, tamen per talem legem ita concedendo non videtur modo aliquo voluisse praejudicare dicto monasterio, nisi specialiter hoc dixisset; reperiuntur enim aliquid concedens vel disponens per quascumque verba, nunquam videtur velle praejudicare juri tertiae personae, nisi hoc specificet, ut in lege 2ª §. merito, et §. si quis a principe ff. ne quid in loco publico, et in l. de curionibus C. de silentiariis lib.ᵒ 12.ᵒ, et in cap. si perpetua, et cap. quamvis de rescriptis lib.ᵒ 6.ᵒ, ubi dicunt moderni quod etiamsi in rescripto sit clausula non obstantibus, cum clausula motus proprii, nunquam tamen per hoc videtur sublatum jus tertii; idem etiam not. in cap. sitis et cap. si postquam de probendis lib.ᵒ 6.ᵒ. ponit etiam Bar. in l. 1 et ale ff. de testamento militis, et in l. ambitiose ff. de decretis ab ordine faciendis, ubi dicit "quod si datum est quibusdam hominibus planissimam arbitrium, nunquam per hoc possunt laedere jus tertii": Ad idem facit quod ponit Bal. in l. 2. C. de servitutibus, et aqua dum dicit "quod potest tas legitimandi concessa alicui Comiti non intelligitur, ut possit legitimare in praejudicium tertii"; ff facit etiam quod ponit idem Bal. in prima constitutione feudorum, verbo expedita diffinitione feudi et 2ª circa finem, ubi dicit "quod etiam dispositio principis cum clausula

cartae

certae scientiae, non est tantae virtutis, quod auferat jus tertii modo
aliquo ?? Et ideo in foro ad propositum expraedicti per Communem
Florentiae, quod dedit potestatem dictis hominibus standi cum bos-
tiis in dictis bonis, et ostibus, non intellexit velle concedere hoc,
quatenus ipsa bona essent alterius; existimavit enim Commune
Florentiae bona esse ipsius Communis, et ideo concessit; Ergo si sci-
visset bona esse dictorum Fratrum, vel dicti monasterii, nullo modo
faciss et talem concessionem, quia, ut supra dictum est, nullo modo
praesumitur quod superior velit auferre jus tertii, vel ledere illud
quoquo modo; et non est dubium, quod ledereter jus dicti monaste-
rii, si dicti homines cum corum bestiis possent ingredi in pascuis
eorum, vel bonis, praecipue quia frustra locarentur pascua, si
alii possent uti dictis pascuis pro libito. eorum. Cum vero pra-
-supponatur dictum monasterium possedisse justo titulo per sexag-
-inta annos vel circa dicta bona, certum est quod probatum est
dominium monasterii ratione praescriptionis, quod caret alio cum
titulo etiam per spatium decennii; sicut enim dicunt Doctores
in cap. de quarta de praescriptionibus, licet contra Ecclesiam non
praescribatur minori spatio quadraginta annorum, tamen
ipsa Ecclesia contra privatum praescribit spatio decem, et viginti
annorum, quin imo etiamsi monasterium possedisset dicta
bona tam longo tempore sine titulo, tamen praescripsisset
spatio triginta annorum, quia ex tam diuturna possessione
praesumitur possidens, retro tempora fuisse bonae fidei, ut tenet
Bar. in l. fr. C. Unde L. et Bal. in l. cum qui D. praetor ait ff. de publi-
-tiana, et Butrius plene in cap. pervenit de censibus, et moderni
Abbas in cap. si diligenter de praescriptionibus; Et ideo tam
virtute statuti Communis Florentiae, quam de jure communi,
dictum monasterium praescripsisset, ut patet ex l. cum notis-
-simi, et l. si quis emptionis C. de praescriptione triginta annorum.

Et licet

Et licet non revocetur in dubium de dominio vel possessione dicti conventus, tamen volui hoc breviter dixisse. Addens etiam quod ex locationibus et receptione mercedum probatur etiam possessio dicti conventus, ut habetur in l. quamvis §. si conductor, et l. qui universas §. quod per colonum ff. de aqua po. Adde etiam quod solutio talium mercedum probatur per libros antiquos ecclesiæ, juxta textum in cap. cum causa, et in nov. de probationibus. Item etiam cum dominium a notatis scripturis monasterii sit antiquissimum probatur solum per publicam famam, juxta doctrinam Innoc. in cap. bonitas de verb. sign. et Bal. in l. fi. cap. de sacrosanctis Ecclesiis, et in l. proprietatis cap. de probationibus, et in l. cum super, C. de rei vindicatione, et Butrii in cap. veniens de testibus, ubi fortius dixit, videlicet "quod res antiquæ per quadraginta annos plene probatur per publicam famam". - Idem etiam scripsit Ipsca in tit. de probationibus §. 1. circa modum. "et sic etiam per hunc modum", probato dominio auctorum monasterii resultaret probatum dominium monasterii in dictis bonis. Et per hæc sit satisfactum suprascripto quæsito. Laus Christo salvatori nostro!

C. Ut supra conclusum est puto verum esse et consulo, salvo meliori judicio, Ego Benedictus, quondam Dominici Michaelis . . . . . utriusque juris Legis Doctor, et pro fide me subscripsi et solitum sigillum apponi feci. —

(Arch. cart. P. Copie de 7 pages sur papier (0,306 X 0,210) qui semble écrite de la main de P. Jos. Alph. Maggi. - Se trouve dans ces boites de copies qui sont aux arch.). —

1451, 9 et 10 Janvier. - Testament de Dame Andrée Amadoris, veuve de Mariano de Abbate. Elle institue son fils Benoit son héritier universel; s'il meurt sans enfants légitimes ou naturels, elle lui substitue la chartreuse de Calci.

In eterni

In eterni Dei nomine, Amen. Quoniam testamentum et testatio mentis de eo quod quis de se et bonis suis post mortem suam fieri vult: Ideo Ego Domina Andreas, filia olim Martini Amadoris pisani civis, et relicta Mariani, quondam Johannis de Abbate, etiam civis pisani, de cappella Ste Andree foris porte, corpore infirma, mente vero et intellectu per Dei gratiam sana existens; timens occultum Dei judicium, et ejus considerationis pie uses - puis cassa omnes testamentos et codicillos antecedentes . . . . sic testor et meam condo ultimam voluntatem. Et me et meam bonam omnia sic judico, ordino et dispono, testor atque volo . . . (1o) Imprimis quidem recommendo animam meam omnipotenti Deo et beate Marie semper Virgini et toti celestiali curie paradisi. Corpus meum vero judico sepeliendum esse in monumento, in quo sepultus est Mariane olim vir meus et alii filii mei et dicte olim Mariani, posito in claustro seu cimiterio ecclesie sancti Francisci de Pisis, ordinis fratrum minorum, et ibi meam eligo sepulturam. (2o) Item judico et relinquo et expendi volo de bonis meis, in die mei obitus diebus septime et trigesimi, tantum quantum videbitur infrascriptis meis fideicommissariis. - (3o) Item judico et relinquo ecclesie Ste Marie del Fiore, sacristie et muris civitatis Florentie in totum solidos quadraginta (40 sol.) pro anima mea: - (4o) Item judico et relinquo opere Ste Marie Pisane majoris ecclesie solidos viginti (20 sol.) pro reparatione tectorum dicte ecclesie, pro anima mea. - (5o) - Item judico et relinquo Macthee, nepti mee adulte et filie Nicholai, germani mei et filii supradicti olim Martini Amadoris, usum et habitationem in domo mea, que olim fuit Piori ser Ughi, juxta domum mee habitationis, pascta in infrascripta cappella Ste Andree: salicet in primo solario, cum sala anteriori dicti primi solarii mee domus; et hoc in casu viduitatis et donec inupta steterit, cum granario, claustro et puteo: ita quod unus

quod unusquisque possit habere aquam de dicto puteo, vivente infra-
-scripto Benedicto. Et post mortem dicti Benedicti, eidem Machee
judico et relinquo annuatim de dicta vel infrascripta mea hereditate, florenos tres auri librarum quatuor pro quolibet floreno, toto
tempore vite ipsius naturalis; ita quod post ejus mortem, infras-
-cripti mei heredes non teneantur. Item dico et confiteor me ha-
-bere et tenere de bonis dicte Machee tot arnenses qui ascendunt
ad summam florenorum octuaginta quinque, librarum quatuor
denariorum ff pro quolibet floreno; quos volo eidem restitui quando
promissa esset et ad virum ire deberet: ultra et preter dotem
suam et dicti olim patris sui, quam habeo positam sitis in ca-
-stella Ste Lucie de Rocco, et que estimata fuit florenis centum
quindecim! Salva semper ratione inter nos debitis et accitis
et totis ejus quod ab ea habeo recipere, nondum facto computo
inter nos. — (6e) Item judico et relinquo unicuique meo consan-
-guineo solidos quinque et in eis jubeo eos esse tacitos et contan-
-tos pro omni eo quod petere possent de hereditate mea. —
(7e) Item dico et declaro ab heredibus Martini Amadorii, pa-
-tris mei et a germanis meis tantam quantitatem denario-
-rum et florenorum, que ascendunt ultra quartam partem dotis
extracte de domo patris mei, quam quantitatem ei et eorum
heredibus relinquo et judico; sinant et permictant heredes
meos infrascriptos dictam meam hereditatem infrascriptis
meis heredibus pacifice possidere. Et in casu quo contrafece-
-rint in aliquo predictum judicium usque nunc casso, irrito
et annullo. — (8e) In omnibus autem aliis meis bonis mobi-
-libus et immobilibus, juribus, actionibus et nominibus qui-
-buscunque michi heredem instituo et esse Benedictum,
infantem jam spurium et nunc legitimatum, filium olim
Gregorii filii Moy et dicte olim Mariani, cum hac conditione
quod si

quod si dictus Benedictus decederet sine filiis masculis vel
feminis legitimis et naturalibus ex tuo corpore descendentibus
(dans son codicille ajoute après ces mots : « vel spureis vel
quovis modo per eum habitis, vel per eum vel per aliam personam
legitimatis aut legitimandis ») quod tunc et in eo casu judico
et relinquo et substituo heredem universalem Conventum
et Fratres Cartusie de Calci. Cum hoc quod de ipsa mea he-
-reditate, in dicto casu, judico et relinquo hospitali novo
Ste Spiritus, quod Papa Alexander dicitur, ordinis Ste Augustini
florenos triginta unum, libras quatuor pro quo libet floreno
denariorum ff ; Et similiter Opere Ste Marie Pisane majoris
ecclesie libros florenos triginta unum de supra scriptam rationem.
Et opere Ste Francisci de Pisis, ordinis fratrum Minorum,
florenos triginta unum ad supra scriptam rationem ; Que
tria legata dicti mei heredes non possint cogi ad solvendum
nisi de fructibus et redditibus bonorum meorum. Et in casu
quo dictus Benedictus decederet relictis filiis feminis heredibus
una vel pluribus, tunc et in eo casu, ipsam seu ipsas ad dotem
equaliter. Et ita quod una succedat alteri : et vicium et ves-
-titum et usumfructum omnium bonorum meorum donec ad
nuptias transierint : Ita quod si decederent sine filiis legiti-
-mis, quod de jure deberetur ad dictum Conventum et
fratres cartusie perveniat dicta dos. Et in casu quo ad
dictam etatem nubendi non pervenirent, quod tunc et in
eo casu volo quod perveniat ad dictum conventum et
fratres Cartusie. — Cui Benedicto tutores et curatores
relinquo et esse volo Dominum Laurentium, priorem Cartusie
+ de Calci, qui nunc est vel pro tempore erit : fratrem Angelum
olim Banduccii de Abbate, fratrem in Nicosia, ordinis sancti
Augustini : Michaelem quondam Jacobi de Abbate : ser

Johannem

Johannem notarium quondam ser Bartali de Sancto Cassiano, et me Andream notarium infrascriptum: Ita quod suprascripti Prior et frater Angelus, seu quid ipsorum cum uno ex suprascriptis, vel ambo simul possint totum officium tutorie facere et exercere et actorem instituere: Et in quocumque casu ipsum Benedictum defendere et inventarium confitere, fideicommissarios et distributores horum meorum judicium et legatorum relinquo et esse volo suprascriptos omnes tutores, ut dictum est, et eo modo et forma. Quorum fidei predicta omnia et singula sic exequenda committo. Quibus do, cedo, concedo et mando plenam baliam et liberam potestatem petendi exigendi et recolligendi et recipiendi totum et quicquid michi et mee hereditati debetur et debebitur etc.... poteris ordinaria accedas aux exécuteurs .... Actum Pisis in camera secundi solarii domus mee habitationis, posite in suprascripta capella Ste Andree, presentibus Baptista quondam Henrigi et et cetera.

Dominice Incarnationis Anno millesimo quadringentesimo quinquagesimo primo, Indictione quarta decima, die nono mensis Januarii, more pisano. (1451, 9 Janvier) —

Ego Dominus Andreas suprascriptus .... presentem meum condidi testamentum et ordinavi, illum tenere et confirmare sub pena dicti testamenti. — Vient ensuite l'addition que j'ai mise plus haut puis elle continue: " Item dico et declaro post judicium et legatum factum suprascripte Machee et declarationem armorum dicte Machee addendum ad summam florenorum octuaginta quinque. Quod dicto testamento addatur.

Item dico et declaro me habere de bonis ipsius Machee altra predicta contenta in testamento suprascripto, Bacinum unum cum robis pertinentibus ad dictum Bacinum et que in dicto Bacino esse et sunt. Quod dictum Bacinum et res pertinentes ad bacinum

et que

et que in bacino erunt et tunc ad ipsam Macthoam pertinere et pertinere
Et volo et jubeo eidem dari et restitui in pace et sine lite, vel alii legi-
-time persone pro ea recipienti. — (2e) Item judico et relinquo et in
dicto testamento addo, pro anima mea, quod de bonis meis fiat et
fieri debeat pallium unum, in quo expendantur floreni viginti quinque
librarum, quatuor denariorum ff pro quo libet floreno, pro altari
majori ecclesie Nicozie de Calci, ordinis Ste Augustini, cum tempore
in manus et congrua, cum conditione in suprascripto testamento con-
-tenta, quod ad fratres eorumdem de Calci perveneri hereditas mea.
Omnia alia contenta in dicto testamento confirmo. Actum Pisis
in suprascripto loco, presentibus fratre Angelo quondam Banducci
de Abbate, fratre in dicto monasterio; fratre Juliano Antonii Guidi
et fratre in dicto monasterio; Michaele quondam Jacobi de Abbate;
Gaddo olim Filippi Valenti, civibus pisanis etc. et plusieurs autres...
suprascriptis Anno, indictione et die decimo Januarii, more pisano
(ut ord. 1457, 10 Janvier). —

Ego Andreas quondam ser Fini notarii de Boncelanci de Vico
pisano, pis. civis ... notarius ... interfui ... scripsi ... et publicavi ...

(Arch. cant. Pis. Original, parchemin, long. 0,510, larg. 0,340. Sur le dos
la n° 2155, celui de l'Inventaire. N° actuel des Armoires.)

(1451. st. ord.) 1452, 31 Mai. — Le Plebain de Ste Maria de
Livourne donne en emphitéose perpetuelle une pièce de terre
de 14 staïova, pour un cens annuel de 11 sols florentins. —

In eterni Dei nomine, Amen. Et hoc publico instrumento sit omni-
-bus manifestum, Qualiter venerabilis vir dnus Johannes item
Johannis, plebanus plebis Ste Marie de Liburno ... cum consensu
... ven. viri ... secretarum doctoris dni Tomasi Angeli de Sancto Gem-
-iniano Rmi ... Juliani ... Pis. archiepiscopi ... in spiritualibus
vicarii generalis ... per hanc cartam ... dedit et concessit ad livel.
-lum

lan, et centum annuum parsolvendum, honesto viro presbitero Cecchi, filio olim Barsotti de Liburno, recipienti pro se et pro Domina Constantia matre sua, et pro Johanna, Andrea et Juliano ejus germanis ... et pro eorum heredibus in perpetuum per masculinam lineam legitimo descendentibus etc.. quelques conditions .... Patium unum terre olim vineatum et nunc sodum et destructum, positum in confinibus communis Liburni, in loco dicto ilparo, et tenetur unum caput in terra campia Amidei de Liburno, aliud caput in terra campia Hospitalis novi de Pisis, latus unum in terra vineata Bogiunte de Liburno, et aliud latus partim in terra vineata Fraette de Liburno, et partim in terra vineata Contri Mariani de Sanis aromatarii habitantis in Liburno, et est per mensuram stariora quatuordecim .... etc.... Les obligations et promesses du plebain. Ensuite celui qui loue s'engage à replanter la vigne "et dare et solvere ..dicto Domino plebano vel altari... quolibet anno in perpetuum in festo Ste Marie mensis septembris ... pro censu ... soldos undecim denariorum florentinorum parvorum .... etc....

Actum in castro Liburni in domo habitationis dicti Domini plebani ... presentibus discretis viris presbitero Tomaso Boncini et presbitero Laurentio magistri Gulielmi, novellinis cappellanis Pisane majoris ecclesie, et Gregorio Puccetti de Liburno diachono, plebano plebis de Lardenti, testibus.... Dominica nuc. Ao millesimo quadringentesimo quinquagesimo secundo, indictione quarta decima, die vigesima prima May, more pisarum. (St ord. 1451, 21 Mai).—

Ego Andreas Antonii olim Jacobi delfilin pis. civis ... notarius scriba ord. curie.. interfui ... rogatus et publicavi .... —

(Arch. cast. Pis. - Original, parchemin, long. 0,525. - larg. 0,357. - sur le dos la no 2156, celui de l'Inventaire. No actuel des Armoires.). —

1452, 10 Mai. — Les magnifiques seigneurs de Florence renouvelle pour 5 ans à la chartreuse de Calci l'exemption de 46 livres et 11 sols de gabelle par an. —

In Dei nomine, Amen. Anno Incarnationis Dominj nostri Yesu christi millesimo quadringentesimo quinquagesimo secundo Indictione quintadecima, secundum cursum et morem Florentinorum, die decimo mensis maii. — (1452, 10 Mai)

Magnifici et potentes Domini Domini Priores artium et vexillifer justitie populi et communis Florentie, una cum officiis gonfalonieriorum societatum populi et duodecim bonorum virorum dicti Communis: Audita expositione coram eis facta pro parte fratrum, capituli et conventus Ste Marie et Ste Johannis Evangeliste et Gorgonis Vallis Calcis, olim comitatus Pisarum et hodie comitatus Florentie, continente qualitatem tempus, pro quo alias deliberatum fuit quod dicti Fratres capitulum et conventus possint immittere in civitatem Pisarum quascumque res pro eorum victu et vestitu necessarias sine solutione gabellarum ad portas civitatis predicte usque in quantitatem librarum quadraginta sex solidorum undecim ff., pro quolibet anno dicti temporis; et seu quod camerarius gabellarum Pisarum pro communi Florentie dare et solvere debeat dictis fratribus, capitulo et conventui vel eorum in hoc et procuratori pro eis, quolibet anno dicti temporis libras quadraginta sex solidos undecim ff. pro restitutione gabellarum predictarum, et quod teneantur solvere gabellas predictas, prout hactenus habuit; Et quod ipsi exonerent de nova taxa pro restitutione dictarum gabellarum eis fienda provideri. Et propterea de infrascripta deliberatione finaliter concludente: Et volentes dictorum fratrum justis postulationibus assentire, premisso, facto et celebrato inter ipsos simul collegialiter in sufficientibus numeris congre-

-meris congregatis in palatio populi florentini, solemni et secreto scrutineo ad fabas nigras et albas et obtento partito, secundum formam provisionis edite per oportuna consilia populi et communis Florentie de mense januarii et februarii proxime preteriti, videlicet die vigesimo quarto dicti mensis februarii pro ejus finali conclusione in consilio communis: vigore auctoritatis et potestatis eis concesse per provisionem predictam, et omni modo, via, jure et forma, quibus melius potuerunt, providerunt, ordinaverunt, deliberaverunt atque declaraverunt dictos fratres, capitulum et conventum posse et debere gaudere beneficio dicte provisionis, de qua supra fit mentio, pro quinque annis proximis futuris, initiatis die presenti, pro quantitate librarum quadraginta sex soldorum undecim ff. pro quolibet anno dictorum quinque annorum, tanquam de minori seu equali summa, pro qua alias taxati fuerunt, civibus et seu eorum sindico pro eis solvendo et restituendo per camerariam generalem pro communi Florentie civitatis Pisarum, de sex mensibus in sex mensibus, prout pro rata contingit. Cum hoc quod ipsi, pro rebus immittendis in dictam civitatem Pisarum, solvant gabellas ordinatas ad portas dicte civitatis Pisarum, prout alii quicunque facere tenentur secundum ordinamenta dicte civitatis Pisarum.

Ego Johannes, olim Petri de Stia, imperiali auctoritate judex ordinarius notariusque publicus florentinus, eo adjutor spectabilis viri et egregii legum doctoris Domini Filippi Andree Balducii, officialis et scribe reformationum consiliorum populi et communis Florentie, predicta omnia et singula ex actis et libris dictorum populi et communis in palatio suprascripto penes dictum Dominum Filippum existentibus fideliter sumpsi, scripsi et publicavi; ideoque me subscripsi et signum meum appo-

-sui

– sui contulerim. —

(Arch. cart. Pis. Original, parchemin. Long. 0,354. larg. 0,218. – Sur le dos le n° 2158, celui de l'Inventaire. N° actuel des Armoires.)

1452, 11 sept. – Plusieurs locations de propriétés sises à Alica faites par le procureur de la chartreuse à différents particuliers. –

In Dei nomine, Amen. Anno Domini nostri Jesu Christi ab ejus salutifera incarnatione Millesimo quadringentesimo quinquagesimo secundo, more Florentinorum, Indictione quinta decima, die vero undecima mensis septembris (1452, 11 sept.). Sit omnibus publice manifestum,

1° Qualiter Andreas Meri de Aligha, et Nerius et Sanctes et Jacobus ejus filii, de consensu ... dicti Andree ... et quilibet eorum in solidum ... conduxerunt ad laborandum a Domino Alessio de Sto Antonio Insula corsica, sindico et procuratore monasterii cartusiensis Vallis gratiose de Calci, comitatus Pisarum, ut de ejus sindicatu constare dixit manu ser Francisci de Ghessano, civis et notarii pisani sub die octava presentis (1452, 8 sept.) ... Unum podere dicti monasterii in pluribus petiis terrarum, positum in valle hare in confinibus Aligo, Forculis, Peciolis et Capandis cum eorum vocabulis et confinibus vineatis, fructatis, olivatis et campis cum domibus pro eorum habitatione positis in castro et burgo Aligo, ad medium cum infrascriptis pactis, videlicet: Quod dictum monasterium teneatur dare quolibet anno, tempore semente, medietatem cujuscunque seminis quod seminabunt dicti laboratores super dicto prodio: et teneatur dictum monasterium prestare quolibet anno alias medietatem seminis tangentem ipsis laboratoribus ..... medietatem vinearum ..... Dictus Andreas Meri et Nerius, Sanctes et Jacobus, ejus filii ... promiserunt ... dicto fratri Alessio

Alessio ... dare qualibet anno dicto monasterio ... medietatem omnium et quorumcunque fructuum .... et dictum predium laborare et cultivare bene et diligenter ad usum boni laboratoris, et fossata dicti predii clavare et confinia ipsius mantenere et pro alio dictum predium non recognoscere nisi pro dicto monasterio; item et illam medietatem seminis tangentem dictis laboratoribus, que le monastère leur prêtera et qu'ils rendront au temps de la recolte ... aliquod pecus hoc est alcuno bestiame ab aliquo retinere nisi a dicto monasterio .... Et ultra predicta .... se recognoverunt essa vari debitores dicti monasterii librarum 265 et 5 s.l. pro ditis laboratoribus in parte solutarum per dictum monasterium Domino Angelo de Amanolis de Florentia et in parte pro grano computato et denariis computatis ... de quibus libris 265 et 5 s.l. debent retinere ... pro forestantia florenos 40, ad rationem librar. 4 pro singulo floreno, toto tempore (quo) laborabunt dictum predium ... Et residuum .. quod ascendit ad lib. 105 et 5 sol. .... promiserunt dare ....quolibet anno ... certam partem ... donec integre satisfecerint ... Et alia parte ... fuerunt confessi se habuisse .. dicto monasterio tria pari a bufalorum, duas aquas, unam pili nigri et aliam pili bay cum stelis in fronte ... pour travailler, ils ont obtenus 260 livres ... promesses de part et d'autre et formules ordinaires ..... Actum in valle hore Pisarum et in castro seu fritigia Aliga, presentibus fratre Clemente Niccolai de Lucha, ordinis Ste Dominici, et ad presens rectore ecclesie Ste Jacobi de Aliga, et Pietro Andrae ... testibus .. vocatis et roga-

2e ... In Dei nomine, Amen. Anno D. N. J. C. ab ejus sal. inc. 1452, 11 sept. sit omnibus publice manifestum, Qualiter Antonius Nannis de Aligha, et Guerrerius ejus frater ... conduxerunt ad laborandum a Domino Alessio etc .. ut supra ... Unum aliud podere positum in valle

Hore

hore in dictis confinibus Aliga, Forculis, Peccioli et Capanolis in pluribus petiis terrarum, vineatis, fructatis, olivatis et campiis, cum eorum vocabulis et confinibus, ad medium, et cum infrascriptis pactis...

Comme par précédent: le monastère donnera moitié des semences, prêtera l'autre moitié qui lui sera restituée à la récolte, la moitié des instruments de travail; les preneurs donneront la moitié de tous les fruits, et observeront les conditions déjà énumérées dans le premier acte. "pro prestantia" et outre le monastère 8 4 livres qu'ils garderont tout le temps qu'ils travailleront; duo paria bufalorum estimés 37 florins. Le procureur leur permet "dictis laboratoribus retinendi supradicto predio unum par bufalorum, unam equam tantum inter ambos asinatipsis..."

Actum in Valle hore Pisarum, et in castro Sancti Frediziano Aliga, presentibus fratre Clemente Nicolai de Lucha, ord. Sti Dominici, et ad presens Rectore ecclesie Sti Jacobi de Aliga, et Piero Andree Matonis de Colinoli testibus.

3e "In Dei nomine, Amen. Anno ejusdem a nativitate 1452, 11 sept. — Sit omnibus publice manifestum, Qualiter Johannes Jacobi de Sto Russino Vallis hore Pisarum, conduxit ad laborandum a fratre Alesio etc. ut supra..

Unum aliud predium positum in dictis confinibus Aliga, Forculis, Peccioli et Capanolis in pluribus petiis terrarum olivatis, fructatis, vineatis et campiis et cum eorum vocabulis et confinibus, ad medium, et cum infrascriptis pactis.... les mêmes conditions que dans les deux précédents.. Jean a reçu 60 livres "quas retinere debet pro prestantia" un bufale perdu de 16 livres et 10 sols, qu'il paiera "ad omnes voluntates dicte monasterii" — en outre duo paria bufalorum a mezo.. pro laborando dictum predium et unam equam pili carbacti" estimés 42 florins et 1/2 ... "Pro quibus omnibus et singulis observandis et pro dicta prestantia librar. 60 reddenda et pro dictis libris 16 et sol. 10 dicte predicte infrascripti bufali restituendis, et pro predicta bestiamini sibi proparte dicta tangente, quam bene advertat, restituenda, obligavit dictus Johannes Jacobi.. bona omnia dicti

Actum

Actum in valle hora ut supra les deux mêmes témoins . . .

4° In Dei nomine, Amen. Ao D.N.J.C ab ejus sal. Mo 1452, mora florentinor. Indo 1a die vero 18 mensis martii (st. d. 1453, 18 mars) sit omnibus publice manifestum, Qualiter Johannes Jacobi, de Sto Reffino, laborator Alige monasterii carthusiensis Vallis gratiosa de Calci ... et Jacobus et Piorus, ejus filii ... de comuni ... dicti Johannis eorum patris ... in insolidum et singulis ... licentiam dantis ... et quilibet eorum in solidum recognoverunt et confessi fuerunt se esse debitores supra scripti monasterii ... florenorum octo cum dimidio alterius floreni ultra prestantiam, quam dictus Johannes a dicto monasterio habet supra dicto predio, quod laborat ..., occasione et causa perdite, dicto Johanne et filiis sues tangentis, pro eorum rata unius paris buffalorum mortuorum in presenti anno proxime preterita; quos buffalos habebat a medio pro et dampno a dicto monasterio pro laborando dictus Johannes predium dicti monasterii ... quos florenos 8 et 1/2 .. promiserunt reddere ad omnem voluntatem .. dicti monasterii .. Ils obligent pour cela leurs biens à D. Alexis ..

Et ex alia parte (les mêmes) sciens dictus Johannes se convenisse ad laborandum ad medium a Dompno Alessio supra scripto procuratore ... unum predium dicti monasterii positum etc. ut in n° 3° et hoc sub die 11 sept. proxime preterite, cum certis pactis et cum prestantia libr. 60 .. et se recognovisse esse debitorem ... ultra dictam prestantiam, librarum 14 et sol. 10 pro perdita unius buffali, et se confessum fuisse tunc penes se habere a dicto monasterio duo paria buffalorum et unam aquam picii carbiacti a medio pro et dampno super dicto predio pro laborando dictum predium, extimationis in totum florenorum 42 et 1/2 .. Ce dit Jean et ses fils confirment aqui y a dans le dit contrat du 11 sept. 1452 ... Actum in valle hora Pisarum et in castro seu fortilicio Alige, presentibus Isidoro Montis Potii de

Portino

Partino Palarie, et Papino Antonii Jacobi de Aliga testibus ad infrascripta vocatis, habitis et rogatis. —

5ᵉ In Dei nomine, Amen. Ab. N.J.C. ab ejus salut. Incᵃ 1452, de more Florentinorum, Indᵉ 1ª die vero 18ª mensis martii (st. ord. 1453, 18 Mar.) Sit omnibus publice manifestum, Qualiter Dompnus Alaysius Neronis de Stᵒ Antonio Insule Corsice et procurator, ut dixit, monasterii Cartusiensis Vallis gratiose de Calci, comitatus Pisarum, de infrascripta et alia faciunda, ut de ejus mandato constare dixit manu ser Francisci de Ghessano, civis et notarii pisani, sub die octava mensis septembris proxime preteriti (st. ord. 1452, 8 Sept.). — ... dicto procuratorio nomine locavit, dedit et concessit ad laborandum Jacobo Pagni Nerii alias Balesco de Turri Vallis pese, comitatus Florentie, necnon Laurentio, Gabrielli, Marchioni, Pagnino et Guasparri, filiis dicti Jacobi Pagni, et cuilibet eorum presentibus et de licentia .. dicti Jacobi eorum patris ibidem presentis, et eis et cuilibet eorum in solidum in infrascriptis omnibus et singulis licentiam et auctoritatem dantis .. prescriptis et eorum et ejus libet eorum in solidum heredibus, et vice et nomine Masini, filii dicti Jacobi et fratris dictorum Laurentii, Gabrielis, Melchionis, Pagnini et Guasparris, pro quo Masino ipsi .. promiserunt quod infrascripta omnia approbabit. .. ad omnem voluntatem dicti monasterii .... Unum Podere dicti monasterii, positum in valle here Pisarum, in pluribus petiis terrarum vineatarum, olivatarum, campium et sodum (sic) cum eorum vocabulis et confinibus ad laborandum ad medium cum infrascriptis pactis, videlicet: Quod dictum monasterium teneatur dare dictis laboratoribus medietatem cujuscumque seminis (quod?) seminabunt quolibet anno super dicto predio; et si tempore seminte dicti Jacobus et ejus filii ... non haberent partem seminis ipsis tangentem, quod dictum monasterium teneatur ex pacto eis dictam partem comprestare.

Item

Item ... solvere dictis laboratoribus medietatem vomorum pro laborando dictum predium. Item ... dare dictis laboratoribus tria paria bufalorum et unam aquam a mezo pro et dampno et pro extimatione pro laborando dictum predium. Et dictus Jacobus Lapi et ejus filii laboratores ... promiserunt dicto fratri Alessio ... dictum predium tenere diligenter laborare ad usum boni laboratoris, et conservare dicti predii et cujuscunque petii terre ejus pro dicto monasterio manutenere; Et dare quolibet anno in Castro Alige medietatem cujuscunque fructus, quod recolligent dicti laboratores super dicto predio. Et ... tenentur et promiserunt ... a nullo retinere aliquod pecul, hoc est alcuno bestiame, nisi a dicto monasterio tantum vel de licentia dicti monasterii. Et ... a nullo quarere vel accipere aliquas terras ad laborandum nisi a dicto monasterio tantum, exceptis predio et terris Andree Dominici cagni de Monte lupo, quod dicunt retinere ad affictum a dicto Andrea: et unum campo terre, quem dicunt esse Juliani Antonii Mariani et seu Mammi ejus fratris de Polaria; Quod predium et terras nunc habent et tenent a dictis Andrea de Monte lupo et Juliano Antonii Mariani? Mammi? ex pacto possint tenere ut supra ... Item promiserunt ... dare et restituere quolibet anno, tempore recollecta, illam medietatem cujuscunque bestiami ipsis ... tangentem, quam, tempore sementa, ipsis comprestasset dictum monasterium ... et hoc in Castro Aliga. Nec non promiserunt ... dictum predium pro alio non recognoscere vel capitari nisi pro dicto monasterio tantum; et quando dictum predium relapsum abuerit, relapsare et dimictere dicto monasterio pacifice et quiete et quale nunc est et seu melioratum. Et predicta omnia et singula promiserunt dicti laboratores ex pacto ... dicto Dompno Alessio procuratori ... Et ultra predicta ... confessi fuerunt et sic se recognoverunt esse veri debitores dicti monasterii florenorum decem octo, ad rationem libram quatuor pro quolibet

pro quo libet florenos, quos habuerunt a dicto Domino Alessio pro prestantia super dicto predio, et quos florenos 18 habent tenere et gaudere tanto tempore quanto tenebunt et laborabunt dictum predium. Et ex alia parte ... fuerunt confessi habuisse et penes se ad presens habere a dicto Domino Alessio ... tres bufalos pro extimatione florenorum 19 ad mezo pro et dampno pro laborando dictum predium. Actum fuerunt ex pacto ... quod dictum monasterium teneatur ... solvere medietatem operarum, quas dicti laboratores habent et mictent in dicto predio ad elevandum et mictendum fossas et propagines in dicto predio etc. ... promissa de parte et a[d] parte observare ces conventions ...

Actum in Valle Ilare Pistorii et in castro seu fortilitio Aliga, presentibus Guidone Montis Potii de Partino Polarie, et Papino Antonii Jacobi de Aliga, testibus ad suprascripta omnia vocatis, habitis et rogatis.

Ego Niccolaus olim ser Lodovici ser Buccii de Ste Miniate, a. notarius ... interfui ... scripsi et publicavi ...

(Arch. cart. Pistor. Original, long parchemin formé de 4 morceaux cousus ensemble, long. 2,066. larg. 0,213. — Sur le dos les nos 2159. 2160. 2161. 2164. 2165, cote de l'inventaire. Nos actuels des Armoires).

1453, 14 Juillet. — A la prière du procureur de la chartreuse de Calci, le lieutenant de Florence à Pistoie donne pouvoir à un notaire de prendre un extrait du testament de Marie Minucci autrefois femme de Barthélemy Gambacorta. —

In Christi nomine, Amen. Anno Dominice incarnationis Millesimo quadringentesimo quinquagesimo tertio, indictione prima (ce qui indique le style florentin) die decima quarta mensis Julii (1453, 14 Juillet).

Constitutus coram, nobili et potenti viro Jacobo Pangnozzi de Pidolfis de Florentia, pro magnifico et excelso populo et communi Florentie habente pro testatem civitatis Pistorii: ac egregio legum doctore, Domino Leone Francisci Leonis, cive et advocato florentino, ejus vicario

ejus vicario et collactore ac judice causarum civilium communis Pisto-
X -rii sis, venerabilis pater Dompnus Alexius Michelassi de Ste Antonio
Insule Corsice professus infrascripti ordinis et monasterii, sui dicus et
procurator monasterii Sanctorum Marie semper Virginis et Johannis
Evangeliste Vallis gratiose de Calci et Sancte Marie et Gorgonii de
Insula Gorgone, Pisane dyocesis, ordinis Cartusiensis, et de ejus mandato
constat publico instrumento scripto, rogato et publicato manu ser
Francisci olim ser Pieri notarii quondam ser Johannis de Gossano
pisani notarii publici, sub Ae Dominice Incarne 1453, ind. 15a, more
pisano, die septimo intrante sept. (1 ord. 1452, 7 sept.): Et dicto procuratorio
nomine dixit et exposuit, quod nuper ad sui et dicti monasterii
monachorum noticiam pervenit, Qualiter nobilis Domina Domina Maria,
filia olim Domini Johannis Minucci de Lanis, et uxor nobilis
viri Bartholomei olim Nicholai de Gambacurtis, de Pisis, habitans
in capella Ste Marie foris porte, suum nuncupativum sive scriptum
condidit testamentum; in quo nonnulla legata fecit, et inter cetera
fecit quoddam legatum, infrascripti tenoris et continentie, videlicet:
"Item jure legati, pro anima sua, reliquit fratribus Cartuse Vallis Cal-
-cis de Pisis, florenos quinquaginta auri pro explendo et complendo
unam capellam, quam reliquit dictus Dominus Johannes Minucci,
pater dicte testatricis. Et in omnibus suis bonis sibi heredem univ-
-ersalem instituit ser Julianum Colini de Ste Justo de Pisis, prout
de dicto testamento latius constat manu olim ser Petri Guidonis notarii
publici de Pistorio, sub Ae Nativitatis Dni 1402, ind. 10a, die
secundo mensis maii (1402, 2 Mai). Et dixit quod in rei veritate de
dicto testamento et legato minime notitiam habuerunt, et sic dictus
sindicus et procurator dicto nomine juravit in animam constitu-
-entis super pectus suum ejus manu dextera, omnia et singula supra
-dicta per eum dicta et exposita vera fuisse et esse. Et petiit per
ipsos Dominos protestatis et judicis communi et licentiam [illegible] probo

Viro ser

viro ser Desiderio Jacobi, notario Pistoriensi, penes quem sunt dicta scripturas et instrumenta dicti olim ser Petri, quatenus dictum legatum in formam publicam sumat et elevet ex dicto testamento et actis dicti olim ser Petri, et tradat ipsi Domino Alexio, sindico et procuratori predicto, dicto nomine, offerens se paratum sibi ser Desiderio de ejus labore et debita mercede solvere, et omnia facere ad que tenetur. Qui Dominus protestas et judex, visis et auditis predictis et visis dicto testamento et legato predicto, et omnibus visis et consideratis, que in predictis et circa predicta videnda et consideranda fuerunt. Et inspexit visto quod dictum legatum est pium, et pro loca fratrum, et quod voluntates defunctorum sunt servande et adimplende; vigore cuius auctoritatis et balie, et omni meliori modo, via et jure, quibus magis et melius potuerunt, commiserunt et licentiam concesserunt ac mandaverunt supradicto ser Desiderio ibidem presenti, audienti et intelligenti, quatenus dictum legatum de dicto testamento et actis predictis sumat et elevet et in publicam formam tradat supradicto Domino Alexio, sindicato et procuratori predicto, dicto nomine, prius recepta competenti mercede. Qui ser Desiderius, notarius predictus, auditis predictis, obtulit se paratum dictum legatum sumere et in publicam formam tradere dicto sindaco et procuratori, dicto nomine. Et promisit et juravit ad sancta Dei Evangelia sua corporaliter manu tacta, de dicto... prei notarii infrascripti ipsum legatum ex dicto testamento et actis supradictis bene, legaliter et fideliter, omni dolo et fraude remotis, et punctaliter, et juxta, sumere et dicto sindaco et procuratori, dicto nomine, in publicam formam tradere. Rogavit (avorum?) me Michaelem notarium infrascriptum ut de predictis publicum conficerem instrumentum. — Actum Pistorii in capella Sti Johannis in curia, in palatio residentie Dominorum potestatis Pistorii, in sala parva dicti palatii, presentibus ser Bonristoro Andree de Aratio, et ser Jacobo ser Petri de Buccina comitatus Florentie,

Florentiè, ambobus notariis, testibus ad predicta vocatis, habitis et rogatis.

Ego Michael olim ser Thommasii de Putomarsis, civis pistoriensis, Imperiali auctoritate judex ordinarius et notarius publicus florentinus, predictis omnibus et singulis interfui, et ea rogatus scribere scripsi et fideliter publicavi, et in fidem me subscripsi et signum meum apposui consuetum. —

